

BIBL. Z.N.IM. OSSOLINSKICH

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula

Tabula in epistolas disertissimi frācisci philelphi finit feliciť.

¶ Frãciscus philelphus Frãcisco barbaro Salutem dicit.

Aduentum suum narrat: & pestilentie vim declarat. I



Uod tibi iucundissimũ esse puto: nudiustertius venetias ex vrbe cõstantinopoli adueni. vnde abesse te et doleo: quia tua suauissima ꝯsuetudine frui nõ licet: & gaudeo ꝙ salutis tue rationẽ habeas. nam furor pestilẽtie parcit nemini: nec vllis remedijs aut arceri potest aut reprimi. ne si Esculapiꝰ quidẽ ipse huiusue filiꝰ Podalirius: & Machaon cũ Apide vna illo q̃ primꝰ medicinã dicit inuenisse propulsatores & curatores adsint. Quare cum vita sis dignissimꝰ: facile & equo animo patior absentiã tuã: dum tamen litteris creberrimis presentis tui desiderium resarcias. Uale. Ex venetijs quarto idus Octobris. Anno. M.cccc xxvij.

Frãciscus philelphꝰ danieli veturio Salutẽ dicit.

Agit amico gratias ꝙ pestem fugiendam suaserit. II



Go tibi gratias imortalis ꝙ tanta beniuolentiã me cõplecteris. nõ enĩ sine magna quadã amoris vi me hortaris: vt in tãtis pestilentie ignibꝰ venetijs esse nolim: sed Patauiũ cõcedã: vel alio vbi tutius vite mee ꝯsultũ sit. Si dixero me esse oĩno expertẽ metus: plane mentiar. metuo enĩ: sed nõ tã mihi ꝗ̃ infanti filio vxoriꝗ adolescentule; cum relique etiam familie; que minus fortasse sibi cauere no-

rit. Nec satis scio quid faciam. nam Patauij quoque et in reliquis propinquis vrbib⁹ efferatam hanc morbi imanitatē audio incrudescere. Quare aut nusquā est mouendus pes: aut fugiendū longius: vbi pacatior sit aeris clemētia. Cōsiliū tn̄ tuum nō possum nō pbare. Vale ex Venetijs Calēdis nouēbrib⁹. M.cccc.xxvij.

Franciscus philelphus Victorino feltrensi. S. D.

Consilium approbat. III



Ego te virū nō solū mei amātissimū: sed & prudentē & bonū iampridē eē cognoui. Amonitionē tuā nō possum nō pbare. Sed q̄ mare ingressus sit nō habet vētos in manu. Aduersus ꝯrios etiā flatus tantisper nitendū est: dū vel fortuna vel de⁹ aliquē portū obtulerit: si minus optatū: saltē tutum. Sententiā meam tenes. Vale ex Venetijs sexto Calendis Decembrib⁹. Anno. Mcccc.xxvij.

Franciscus philelphus Leonardo iustiniano. S. d.

Arcas cum libris & vestibus petit. IIII



Quoniā natal' christian⁹ iā ppemodū pulsat fores: facies mihi rem gratissimā: si q̄s arcas anteq̄ ego forem ex ꝯstātinopoli solutur⁹: p illi⁹ tpis naues ad te misi: mihi reddi curaueris. Nō enī solū libris nōnullis mihi opus est qui arcis seruant: sed etiā vestimētis: tum meis: tum vxoris. Et vt de me sileā: me quotidie vxor rogat ne se diutius priuem voluptate suarū vestiū. Quare nisi ad pximū natalē huic morē gessero: se ab me deludi existimabit. Nō neq̄ te latere debet ingeniū muliebre: & ego vxori ea negare nō ausim: q̄ vite cultui decoroq̄

debent: adolescentule presertim: mihiq̃ morigere. Uale ex Uenetijs sedecimo Calendas Januarias. Anno. M.ccc.xxvij.

Franciscus philelphꝰ Antonio capanorensi. S. d.

Aduentum suum narrat: et versura quid sit. V



Quod meũ in italiã reditũ iucũdissime acceperis est mihi exploratissimũ. Noui eni bonitatẽ tuam et animũ erga me. Quã autẽ certior fieri vis de rebꝰ meis exponã breui. Vereor in eã fabellã incidisse q̃ de cane dicit: qui vmbratilẽ secutꝰ imaginẽ: quã ferebat rictu carnẽ reliqt. Erãt mihi ꝯstãtinopoli leta oĩa et secũda. Dũ amicis his obsequor: ductus ingẽti spe captusq̃ ꝓmissis: incertã fortunã certis ornatissimisq̃ cõmodis anteposui Et ne lõgior sim: mihi delusus videor. Quo fit vt aliunde mihi ꝯsulẽdũ sit. De vsura qđ scire vis dupliciter exponi solet. cũ aut fenus fenore aut creditor creditore vtit. Et vt apertius loquar si qñ es alienũ nobis cõflatũ fuerit: nec tantũ nob pecuniarũ sit vt id dissoluere liceat: aut vbi tps dissoluẽdi aduenerit: fenus additamꝰ priori fenori: aut mutamꝰ creditorẽ ab altero scilicet vsurariũ es accipiẽtes quod alteri reddamus. Uale ex Uenetijs. xv. Calendas Januarias. Anno. M.cccc.xxvij.

Franciscus philelphus Leonardo iustiniano. S. d.

Petit sibi rebusq̃ suis consuli. VI



Nolo mea causa q̃cq̃ã patiaris incõmodi. Nã tua mihi vita nõ libris solũ et vestimẽtis: sed mea etiã vita charior est. Posteaq̃ id cubiculi vbi mea illa bõ ꝯtinent suspectũ est ꝓpter eũ q̃ eo in loco pestilẽtiali morbo correptꝰ excessit e viuis nõ solũ

expectabo:sȝ diu etiã multũ quoad expectabo quoad aer ad salubrita te redierit. Sȝ interea tpis vt mihi rebusqȝ meis cõsulas te plimũ rogo.nã diuti⁹ ita agẽ nec possũ nec volo. Si,pmissa mihi seruãt manendum est.id quod eo libẽtius sum facturus; quo video me tibi cunctisqȝ patricijs esse charissimũ. Verũ diuturniorẽ spem precio emendam nequaquã censeo: in hac presertim temporum pnicie. Vale. Ex Venetijs.xv.kal's Januarias. M.cccc.xxvij.

Frãciscus philelph⁹ Leonhardo iustiniano Sa.d.

Honestati satisfecisse se ait: ⁊ vtilitatis nũdã esse ratione. VII

Quod me hortaris ad patiẽtiã nõ ptemno. Est eni ea qdã spẽs fortitudinis: q res arduas difficilisqȝ ppetimur honestatis vtilitatisue gratia. Ego me honestati ita video satisfecisse in tãta piculorũ ac tã intollerabili magnitudine: vt plus mihi honestas iam debeat qȝ ego honestati. Reliq ratio est vtilitatis quã in hanc diem scio mihi fuisse nullã: posteaqȝ ex grecia ad vos redij. Nec que futura sit possum augurari. Sum equidẽ apud vos perlibẽter. Sed diu ita esse nõ possum. Itaqȝ te etiã atqȝ etiã rogo: vt pspicias rebus meis. Vale. Ex Venetijs.xiiij.Calendas Jañ. M.cccc.xxvij.

Frãciscus philelphus Johãni aurispe Sa.di.

Conqueritur sibi promissa non seruari. VIII

Quod mihi gratularis de meo in italiam reditu letor equidẽ meũ tibi pbatũ iri ɔsiliũ. Verũ in hanc diẽ fortuna ɔsilio nõ respõdet. Nã quã mihi spem apud Venetos amplissimã ppositã sum secutus: ea me video frustratũ iri. Itaqȝ me facti mei iam penitet; etsi ɔsiliũ nequaquã est accusan-

dū. Hic enī diuti⁹ mihi cūctādū nō est: cui neq3 ꝓmissa seruant: ⁊ morb⁹ pestifer quo vniuersa ciuitas est correpta imīentē interminat interitū. Uale ex Uenetijs. v. Cal. Janua. Mcccc.xxvij.

Frāciscus philelpus Gabrieli mauro Salutē dicit

Hortatur quendam ad studium litterarū. Deinde ponit differentiam inter Feciales ⁊ Caduceatores. XI

LAudo te mi gabriel: q̄ te a lris abdicare nolueris: vt solēt nōnulli vulgo: vbi ad gerēdā R.p. se ꝯtulerint. Lege semꝑ aliquid aut scribe cū tibi licet ꝑ publica munera. Magno tibi cōmodo mihi crede littere sūt future: si his vti pro ingenij tui magnitudine prestantiaq3 volueris. Nūc ad id qđ petis. Uis enī scire qđ intersit inter feciales et caduceatores. Feciales eos fuisse ꝯstat apud priscos: q̄ certa iuris solēnitate bellū hostib⁹ indicebant. At caduceatores esse pacis legatos: dictos a caduceo quē manu gestabāt. ⁊ caduceū quidem ipsum Appollinē inuenisse: ⁊ eo donasse Mercuriū: a quo ipse lyra donatus sit. De q̄ quidē re apud Horatiū mētio est in eo carmine qđ incipit. Mercuri facūde nepos Atlātis. Ubi etiā patet Mercuriū auctorē extitisse nō lyre solū: sed ⁊ eloquētie: ⁊ palestre ⁊ p̄stigiox. Uale ex Uenetijs pridie Calēdas Januarias.

Francis. phi. Petro thomasio pho ac medico. S. d.

Constans ⁊ gratus esse vult. X

REcte mones ⁊ pamice: vt nō vite min⁹ q̄3 cōstātie habeam rationē. Frustra enī eā esse ꝯstātiā: q̄ simul cū vita peritura sit. At ego vt tibi vera loquar et ex animi sententia: nihil est qđ malim: q̄3 me ꝯstātissimū simulq3 gratissimū

M.cccc.xxviij

et esse et haberi. Multa hominũ opinioni: multa fame psentiẽda sunt. Nõ eni qd interius sit: sed quod exteri⁹ sepe homines iudicant. Itaq; q̃diu mihi per hanc celi intemperiem integrũ fuerit nõ patiar vel ab imperitis accusari officiũ meũ. At dixeris: satis ac sup tuo es functus officio: cũ nõ pmissione min⁹ q̃ spe tua frustraris. Et id quoq; tibi assentior. verũ nixius vrgendũ: quo pudor meus alios in pudorẽ agat vl' inuitos. Itaq; rem mihi pgratã facturus es: si qd ex te et mee et amicorũ simul rei pfuturũ excogitaris. Uale ex Uenetijs. iij. nonas Januarias. M.cccc.xxviij

Franciscus philelphus Gabrieli mauro S. D.

Amicorum paria quattuor XI

QUod scire a me vis quot fuerũt amicorũ paria priscorũ: memoria maxime celebrata ea reperio q̃ttuor numero extitisse Theseum et Perithoum: Achillem et Patroclum: Oresten et Pyladen: Phitiam et Damona. Addunt etiã iuniores apud grecos Epaminondã et Pelopidã. Uale ex Uenetijs Idib⁹ ianuarias.

Frãciscus philelphus Andree iuliano. S. D.

Dolet se non posse gratificari. XII

MAximas tibi grãs habeo mi andrea: q oib⁹ i reb⁹ mihi gratificaris. Uellem aũt mihi aliq̃ te digna offerret occasio nõ habẽde solũ: sed etiã referẽde gratie. Intelligeres pfecto me vnũ omniũ esse gratissimũ. Itaq; eo mihi molestior est: eo inimicitior pñtis pestilẽtie vis: q̃ vniuersus pplṁ misere vexat: quo futurũ video mihi locũ sublatũ iri declarãdi tibi beniuolẽtissimi animi mei. Cogor eni habẽ vite rationẽ. Quare hic diutius esse nõ possum: eo presertim frustratus spe: q̃ ductus

ad vos reuerterā. Nec est qd quēquā accusem: preterq̄ tum senſē
tē fortunā ipsam: tum nimiā meam credendi facilitatē. Unū tibi
tamen persuade: me tuum esse semperq̄ futurum. Uale ex Uene
tijs. iij. Calendas Februarias. Anno. M.cccc.xxviij.

Franciscus philelphus Leonardo iustiniano. S. D.

Recessurum se scribit propter pestilentiam. XIII



Cum in dies magis atq̄ magis Uenetijs tps terō: ea
ducer' spe: quā mihi tot tue littere cū pulcherrime ꝯstā
tinopoli agerē: tāta cū charitate fideq̄ ꝓmiserāt: ecce
nudiustertius repēte febris pestifera seruā mihi vnam adorta est:
quā hodie interemit. Quo fit vt hic mihi diutius cūctādū nō sit.
Intraq̄ triduū sum hinc Bononiā v̄sus abnauigatur'. vbi si ho
nestā ꝯditionē offendero vlteri' ꝓfectur' nō sum. Sin min' hone
stā ad Florētinos me recipiā. Tu si qd iterea tpis me vis facturū
significato lrīs. Nā post q̄driduū frustra ad me scripseris. Uale
ex Uenetijs quinto Idus Februarias. Anno. M.cccc.xxviij.

Franciscus philelphus Francisco barbaro. S. D.

Profectionem suam predicit amico. XIIII



Ego qd fore nunq̄ putaui h' vespi nauim inscēdē istituī
Ferrariā v̄sus nauigatur' inde Bononiā petā. vbi si
honesta mihi ꝯditio ꝓposita fuerit eā accipiā. Nā si se
cus ceciderit: ꝯcedā ad Florētinos: q̄s audio grece lrāture atq̄
eloquētie ip̄rimis studiosos. Quicqd egero q̄primū tibi declara
bo lrīs: q̄ meos ad me libros aduolaturos cures. His enī mihi vt
scis admodū opus est. Uale ex Uenetijs Idibus Februarijs.

Anno. M.cccc.xxviij.

Franciscus philelphus Joanni aurispe. S. D.

Q honorifice sit acceptus narrat. XV

VEni bononiã mi Aurispa secũdis vt aiunt auib⁹. Eodem veni die quo vrbẽ sum ingressus: is autẽ fuit tertius ex quo a te abij: tantus est cõcursus ad me salutantiũ factus nõ scholasticorũ ⁊ doctoꝝ solũ: sed vniuerse prope ciuitatis: vt nihil neq₃ frequentius neq₃ honorificẽtius dici queat. Postridie venit ad me noĩe aplĩci legati Ludouici alamãdi cardinal' arelatensis Albertus florentin⁹ vetusta ac nobili natus Albertoꝝ familia: questor aplicus: ꝑclarus iurecõsultus: ⁊ vir oĩ virtute preditus. Is vbi me ꝑhumane ⁊ ꝑbenigne allocutus est: hortat̃ vt secũ vna ad cardinalẽ eã: quippe quẽ diceret esse ꝑcupidũ vidẽdi mei. Huic ego vbi obtẽperassem: ad legatũq₃ venissem: essemq₃ breui apud eũ: sed nõ incõmoda vsus oratiõe: tãta me is cũ hilaritate: ⁊ cũ tãta verboꝝ honorificẽtia excepit: vt nihil neq₃ hilarius neq₃ honorificẽtius dici possit. Deinde ꝑmulta est vltro pollicit⁹: q̃ idcirco nõ refero: ne videar cuiquã ambiciosior. Et ne te diutius morer: ego Bononie sum futurus ꝑfectus annuo docẽde oratorie ⁊ moralis philosophie muneri: cũ salario aureum q̃dringẽtoꝝ quinq̃ginta. quoꝝ trecẽti soluũt̃ mihi ex ere publico: centũ vo ⁊ quinq̃ginta priuatim mihi legatus ipse datur⁹ est. fecitq₃ iam mihi q̃nquaginta numerari. Addiditq₃ alia plura dono ad vsum cultũq₃ domesticum. Quare quantum licet sperare q̃ optime nobis hoc initio consultũ intelligo. Vale mi Aurispa: ⁊ me ama vt facis.

Ex Bononia septimo Calendas Martias. M.ccccxxviij.

Franciscus philelphus Marco Canetulo Equiti aurato ac iureconsulto.

Corrigit laudationem amici de se. XVI

q Uibus me laudibus hesterno vesperi extuleris apud presulem hūc nostrū ap̄licū legatū plerīq viri graues et amici mihi renūciauerunt. Ego autē etsi miratus certe nō sum q eū ornaueris qui te ⁊ amat ⁊ obseruat plurimū: malo tn̄ de me posthac parci⁹ loquaris: ne te qui grauissimi⁹ ⁊ habearis ⁊ sis: min⁹ ꝯsideratū in laudando iudicēt. Nō eni ipse de me ꝓfiteor: at ne sentio quidē q̄ tā fidēter ⁊ tā amplo ore ⁊ affirmes ⁊ ꝓdices. sed facis tu sane pro magnitudine et benignitate animi tui: qui eos oīs tui similis esse iudicas quos in amiciciā tuam admiseris Itaq tibi habeo grās: q me tuū esse dilucide cognoueris. Uale Bononie ex edib⁹ nostris. xij. Calendas Apriles.

Fran. phi. Leonardo iustiniano. S. D.

Depositum reddi postulat. XVII

i Oannes corbitius mercator florētin⁹ meo noīe te adibit: vt meos sibi des ad me libros: vna cū rebus omnibus quas deposui apud te. Quod vt facias te etiam atq etiā rogo. Nam his diutius carere non possum. Uale. Ex Bononia. x. Calendas Maias.

Fran. philel. Antonio capanorensi. S. D.

Cur nō scripserit. Dein Bononiā laudat. XVIII.

q Uod iā diu meas nullas accepis lrās aliud certe nihil fuit in causa q tuū diuturnū silētiū. Quo factū est: vt putarē te querende pecunie magis q colende amicicie factū stu-

diosum. Itaq; verebar si ad te scripsissem ne importunus magis q̃ officiosus accederē. Nūc aūt lecta pulcherrima tua ad me epistola intellexi rediisse iā musas cū vetere amico in gratiā. Quare nō possum nō gratulari mutue nostre beniuolētie; q̃ vel absentis vicissitudine lrārū conat̄ p̄ntis reddere. Quod quidē humanitatis ac benignitatis officiū ne vtiq; p̄termittamꝰ eque sperare de te debeo: vt de meipso possum imutabilit̄ p̄fiteri. Q aūt laudas meā abitionem a venetis gaudeo: cōsiliū meū omne laudari abs te viro & optimo & prudēti mihiq; amicissimo. Nā qd̄ scire cupis q̃ me delectat bononiensis māsio: delectat sane plurimū. Nam & vrbs amena est: & pp̄ls humanꝰ: & rerū omniū q̃ vel ad victū vl ad vite cultū attinēt magna abundantia: & laudatissimarū oīum artiū studiū vehemēs. Preterea qd̄ me maxime delectat omnibꝰ sū gratissimꝰ. Faciat deꝰ vt nob̄ h gaudiū sit ppetuū. Tu vale: & si qd est qd̄ possum tua causa: scribe. Ex bononia. iij. idus martias.

Franciscus philelphus Joanni aurispe. S. d.

Factionem nascentem ostendit. XIX

a Dmonitionē tuā libenter admitto ac p̄bo. Idē etiā ex aliis audiui. Si res vt cepit p̄spere successerit nusquā hinc mouebo pedē. Sin aliter acciderit p̄ tp̄e nauigabo. Nā nescio qd mōstri int̄ hosce ciues latere audio. Qd ne qd pariat magne calamitatis nō possum nō vereri. Ego aūt in oēm fortunā paratus sum. Vale. Ex bononia sexto calendas iunias.

Franciscus philelphus Leonardo iustiniano. S. d.

Hortat̄ amicū ne laboret de reditu suo. XX

Arrauit mihi ioannes corbitius quãta me beniuolẽtia
n cõplectaras: ꝛ ꝙ de nob nõ modo amice: sed etiã hono
rifice es locut⁹. Addiditꝗ te ꝓpediẽ effecturũ vt vł ve
netijs vel patauij ꝙ honestissime esse possem. q̃re nõ esse opus vt
libros sibi meos ad me dares: cũ apud vos sim ꝙ honorificẽtissi-
me futurus. Beniuolẽtia tua mihi certi⁹ nihil est. Itaꝗ mirãdũ
nõ est si de me semp amice atꝗ honorifice ꝛ sentis ꝛ loqueris. Ti-
biꝗ hẽo grãs ꝙ das operã ꝛ priuatim ꝛ publice: vt oẽs intelligãt
me tibi esse charissimũ. De meo autẽ ad vos reditu nihil est h tpe
qd labores. Ea enĩ mihi apud bononiẽses ꝓditio ẽ: vt hinc hone-
ste abire nõ liceat. Nosti tu sane iãpridẽ meũ ingeniũ ꝙ pluris fa
cio qd honestũ est ꝙ qd vtile. Itaꝗ rogo te ꝙ possũ diligẽti⁹ vt
et libros ꝛ ceteras res meas cures ire ad me ꝙprimũ. Hoc mihi
facẽ grati⁹ h tpe nil ꝓfecto potes. Uale ex bononia kal's iunias.

Franciscus philelph⁹ Antonio capanorensi. S. d.
Laudes de se minuit. XXI

o Ratione quã petis dedi ad te. Miror aũt tã repẽte ea
de re apud vos rumores increbuisse. Qꝛ aũt letaris no
men nostrũ tã late p italiã in omniũ ore versari: ne me rideas ve-
reor. Nõ eni is sum qui meiipsius sim nescius. itaꝗ tibi cauendũ
est ne aut me aut teipsum fallas: quorũ alterum iniustitie: alterũ
ascriberet impudẽtie. Nec propterea te latet rumoribus cedi
non oportere. Ego autẽ quantũ anniti potero dabo operã ne se-
cũdi istiusmodi rumores falsi omnino extitisse videantur. Uale
Ex bononia nonis iulijs.

anno.M.cccc.xxviij.

Fran.philel.Uictorino feltrensi.S.D.

Libros ab alio repetendos ait. XXII

Ristotelis artes ad Theodectē qd antea monui ex cō
stantinopoli dedi ad virū clarissimū Franciscū barba
rū eo ɔsilio vt eas tibi reddendas curaret. Qd ab illo
factū nō esse miror. Itaq velim ad eū lrās des: atq libros repe
tas. Quos si minꝰ q̄ primū ad te miserit: tūc ego iusta vtar expo
stulatione. Qz de meo statu vis certior fieri: nos hic valemꝰ ꝑbel
le: suntq nob secunda oīa: idq in dies magis fortunet deꝰ. Uale
Ex Bononia tertio Calendas Augustas.

Fran.philel. Joanni aurispe Salutē dicit.

Commendat quendam amico. XXIII

Ntonius capanorensis qui a principe lucensi orator it
ad venetos est mihi ab adolescētia ɔiūctus tāta fami
liaritate: vt vix eius ɔsuetudine sit dulciꝰ quicquā. Nā
et patauij ante meā nauigationē in thraciā fuimꝰ codiscipuli. Ex
ea est vrbanitate morūq elegātia: vt vel ipsos lapides excitare
queat in amorē sui. Nā quid loquar de prestanti hoīs ingenio et
facūdia: quid de liberalitate ⁊ animi gratitudine. Dignꝰ est ꝑfe
cto quem ames: qd si feceris egregie: me nō mediocri abs te bñfi
cio affectū iudicabo. Uale. Ex bononia ꝑdie nonas augustas.

Fran.philel. Joanni aurispe Salutē dicit.

Factionis tumultum narrat. XXIIII

Unt hic oīa ꝓcellarū tēpestatūq plenissima: ob hanc
R.p. ab ecclesiastica ditiōe defectionē: deus bene ver
tat. Bononienses ipsi de se viderint. Ego mihi atq rebus meis

omnino consulere institui. Non eni tutū est musis inter gladios sicasq̧ versari. Iā ciuili cruore madent oīa. Nullus hic ocio: nullus paci relict⁹ est locus in tātis discordiarū seditionūq̧ fluctib⁹ Itaq̧ florentiā petā necesse est. Nec sum oblitus cōsilij tui. Sed necessitati parendum est. Tu si quid melius habes ostēde. Uale Ex Bononia Idibus Septembris.

Fran. phi. Palanti stroze equiti aurato S. d.

Conditionem accipit de pacta sibi pecunia. XXV

Q Uod sapientis dicto illo admonemur: qm̄ tps cognoscendū est: admittere cogimur ɔditionē q̄ offert: psertim cū subdideris fore vt in ꝓximū annū plus mihi salarij detur. Quare quos trecētos aureos mihi recipis in hūc annū noīe tue florētissime R. p. ita mihi datū iri volo: vt sine quottidianis molestijs hi mihi suis tpib⁹ numerent. Existimo tibi consuetudinē meā nō esse ignotā: nō modo fenerari nō didici: sed ne parcus quidē esse. Haud eni ɔsueui vnquā seruire nūmis: sed his potius vti pro seruis. Uerū hec tu pro tua benignitate q̄ amicissime curabis: ego me interim accigā itineri. Uale. Ex Bononia xiij. Calendas Octobres.

Franciscus philelphus Nicolao nicolo. S. d.

Mulis sibi esse opus scribit. XXVI

Q Uod ad ɔstitutū diē florētie me nō videris aliud nihil fuit in causa q̄ inopia mulionū. Nā sine mulis quib⁹ ꝛ libri ꝛ reliqua suppellex quā ab vsq̧ ɔstātinopoli in italiā aduexi mecū, istuc conuehat: pede hinc mouere minime decreui. Itaq̧

Itaq; si hoc laboris pro tua humanitate capesseris rem mihi facies nõ minus gratã q̃ necessariã. Mulis mihi sex opus est. Quod preciũ pro ɔfectione pepigeris liberrime p̃stabo. Que mihi cosmi medicis noie polliceris: et audio libẽter: et vt ei me cõmendes te rogo. Ambrosiũ monachũ vt meis verbis saluere iubeas a te peto. Vale. Ex bononia pridie calendas octobres.

Franciscus philelphus Andree cõstantinopolitano Theologo ordinis predicatorum ac Rhodiorum archiepiscopo Salutem dicit.

Integrũ sibi esse negat vt obsequatur amici ɔsilijs. XXVII

Litteras tuas ex vrbe roma cũ libẽter vidi: tum lectitaui q̃iucũdissime. Erãt enĩ nõ grauissime solũ: sed etiã locupletissime testes singularis tue erga me charitatis. Quod autẽ me hortaris istuc vt q̃primũ veniã: id mihi hoc tẽpore nequaquã est integrũ. Nã florẽtinis obstrictus sum in annuũ docendi munus. Nec mihi quicquã duco honorabilius fide. quã si paterer meo aliquo emolumento infirmã fieri: rumores quos inerebuisse clarissimos de me scribis apud summũ põtificẽ leuissimos redderẽ ac mendacis. Verũ cũ per studij vacationẽ dabitur ibo in vrbem romã: et quod me mones q̃diligentissime tuebor. Quando autẽ hinc mihi mouendum sit non satis scio. Dñicus eni capranicanus: qui electus firmanus pro martino summo pontifice legatus apostolicus maximis viribus vrbem obsidet: oppugnatq; constantissime: nondum mihi cõcedere voluit tuti itineris litteras. Quid autẽ in causa sit ignoro. Tu interea temporis vale. Et quod

ad tempus sis in thraciã rhodumue soluturꝰ me tuis litteris cer-
tiorẽ facito. Ex bononia idibus nouembribus.

Frãciscus philelphꝰ Thome sarzanensi. S. d.

Conditionem se non posse admittere dicit. XXVIII

q Uam mihi rebꝰ reuerẽdissimi cardinal' tui imo nostri
cõditionẽ ꝓponis apud nobilissimũ istũ munificẽtissi
mũq; principẽ nicolaum estensem: et si perutil' est atq;
honorifica: eã admittere nequaquã possum. Sum eni florentinis
obligatus annuo docendi munere: ⁊ id quidẽ ornatissime. Itaq;
imortalis grãs velim agas noĩe meo isto humanissimo patri. cui
me si diligẽtissime cõmẽdaris: rem facies amicicia nostra admo-
dum dignam. Uale. Ex bononia. xiiij. calendas ianuarias.

Frãciscus philelphꝰ Thome sarzanensi. S. d.

Excusat se. XXIX

e Go mi thoma dilectissime sum florẽtine R. p. iã obstri
ctus annuo docẽdi munere. Itaq; aliã nullã cõditionẽ
possum amplecti. Quid enim dedecorosius q̃ vel esse vel haberi
leuẽ? Nã fidẽ minꝰ seruare hoĩs est non iniusti solũ: sed impij. At
scio nõ modo reuerẽdissimꝰ pater cardinal' tuus id a me factũ iri
nollet: sed nec etiã tu qui speculũ es imagoq; ⁊ ꝓbitatis ⁊ graui-
tatis. Uale. Ex bononia pridie calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Joanni aurispe. S. d.

Fidem sibi esse seruandam dicit. XXX

d Amnas tu aurispa ꝯsiliũ meũ: q' nolim eam cõditionẽ
admittere: quã humanissimꝰ cardinalis bononiensis
nicolaus vir sanctissimꝰ mihi ꝓponit: scribisq; futurũ vt me peni

erat mei instituti; si maluero florentinis q̃ magnanimo isti prin-
cipi nicolao marchioni gratificari. Addisq; vt mihi ante oculos
ponā ⁊ manuelē nostrū chrysolorā doctissimoꝝ viroꝝ oīuȝ huius
tēpestatis principē dū vixit; ⁊ alios nōnullos eruditos ac diser-
tos hoīes: quoꝝ nemo diutius potuit agere florentie propter va-
rias quorundam insidias: quoꝝ inuidētia terra celūq; vexat. At
ego tibi paucis respōdeo. Et omniū primū maximas tibi ⁊ ago
et habeo grās q̃ amicissime ꝯsulis reb⁹ meis. Sed qd mihi faciē-
dū suades: num vt alicui⁹ vtilitatis grā qđ honestū est negligā?
An es oblitus nihil apud me minus habere pōderis: q̃ rei pecu-
niarie rationē. Fidē dedi R. p. florentine: quā certe inuiolate cō
stāterq; seruabo. Nec vlla patiar vtilitatis specie mee initia hec
iuuētę cuiusquā leuitatis noīe accusari. Inuidentiū aūt morsus
animi grauitate atq; magnitudine me facile vitaturū spero. Qđ
si min⁹ mihi diu licuerit: operā dabo vt alioꝝ id culpa factū iudi-
cet: nō mea. Uale ex bononia Calēdis ianuarijs. M.cccc.xxix.

Frāciscus philelph⁹ Leonardo aretino S. d.

Cām cūctationis narrat: ⁊ tuti itineris lrās optat. XXXI

n

Ulla ego in culpa sum leonarde aretine q̃ ad cōstitutū
tēps ad vos nō ierim. Scis eni vrbem hanc nō obsideri
modo ab ecclesiasticis virib⁹: sed die noctuq; acerrime
oppugnari. Ibi primū qui reipub. presunt mihi abeundi nullā da-
bant facultatē. Qui vbi ad me multis fatigati tum precib⁹: tum
etiā quoq; ꝯuitijs expostulatiōibusq; eā cessere: tum legat⁹ aplic⁹:
q martini pōtificis maximi vicē in castris gerit Dñic⁹ capranica

nus tuti itineris litteras petēti mihi nullo pacto in hāc diem tri-
buit. Itaqꝫ haud scio quid ipse sim facturus. Versor profecto in maximis animi curis. Nec quid cōsilij capturus sim noui. Nisi forta[ss]e mihi iucundū putes aspectum quottidianū gladiorum ac seuitie: cum aliis laqueis gule frāgūtur: alij obtruncātur: alij scinduntur in partes: alij defodiunt: alij trucidantur. Quid pluribus? Omnia humano cruore madent. Iure ne an iniuria nō est meum iudicare. Nam in ciuitate factionibus seditionibusqꝫ ardenti nihil est tam iniustū tam impium quod minus detur et pietati et iusticie. Hac in re vnum remedium dari posse intelligo: vt publicis vestre reipublice litteris contendat ab hoc legato apostolico vt me ad vos libere ac tuto ire patiatur. Tuum igitur fuerit q̄ primū curare. Quod si feceris: fore certo intelligo vt ꝓpe diem istic mutuo colloquio et quottidiana cōsuetudine nobis inuicem vti liceat. Vale decus litterarū et eloquētie: meqꝫ vt facis ama. Ex bononia idibus februarijs.

Franciscus philelphꝰ Gabrieli mauro. S. D.

Amicū laudat et ad gloriā capessendā hortat. XXXII

Nihil mihi iucūdius fuit tuis litteris gabriel mi charissime: quibꝰ humanitatem tuam ac morū suauitatē bonitatēqꝫ ingenij ita representas: vt te coram aspicere alloqui et complecti videar. Nō possum mihi nō letari: qꝫ studijs olim meis ac lucubratiōibꝰ in te adolescēte instituēdo id me videam ꝯsecutū: vt florētissimus senatus tuus talem sit virū te habiturꝰ: q̄ et amplissime patrie futurꝰ sis ornamēto: et amicis ad-

miniculo atq; voluptati. Incūbe igit pro virib⁹ teq; amplifican de glīe totū dedi. Non multos habitur⁹ est nobilissim⁹ senatus tuus similis tui. Noui acrimoniā ingenij tui. noui magnitudinē animi. noui cōsilium. noui pbitatem. Nihil habet tua respublica te vno ptinētius: nihil moderati⁹: nihil ad oīs pclaras actiones aut splēdidius aut strennuū magis. Sed quid ego frustra sim lōgior: qui ita videar te ad hortari: q̄si nō per te satis sis: q̄ ꝓuidendo ꝛ cōsultādo ꝛ agēdo nulli rei deesse possis. De fris tui dominici morib⁹ que scripsisti nō potui nō dolere. Sed tu fer oīa moderate. etas eni fortassis eius animi acerbitatē aliquādo ad maturitatē aget. Quod si secus accidat: tu teipso ptentus esto. Ego quod scire vis bene valeo: cū vniuersa familia migraturus breui florētiā vbi honorifice ꝛ cōmode sum futurus. Titū liuiū meū cōmendo tibi. Uale ex bononia pridie calendas martias.

Frācisċus philelph⁹ Leonardo iustiniano. S. D.

Unde et quo pergat aperit. XXXIII

Ripui me tandem ex bononiensi naufragio: quo tota vrbs perit. Peto q; florentiā; quo sum et honorifice et pulcherrimis quidē premijs publice accersitus. Itaq; nō mireris: si in p̄sentia paucis tecū egi; hec eni ex itinere scripsi tibi. Cum florētie mihi p ocium dabit: pluribus tecū agam. Interea tēporis rogo te p humanitatē tuā: perq; meā in te obseruātiam: vt memineris mei: librorū q; meoꝝ q̄ diligētissimā curā geras. Uale ex immola. vij. idus apriles.

Fran. phi. Antonio lusco secretario aplico. S. D.

Amico gratulanti ꝛ operam pollicēti respondet. XXXIIII

g Ratulatio tua antoni lusce non debet mihi nō probatissima videri. Nā et vir es optim⁹: et mei certe amantissimus. Haud enim oblitus sum et que mecum olim vincētie cum essem cōstantinopolim nauigaturus locutus es: et quantā mihi beniuolentiā ostendisti. At meā rursus erga te obseruantiam aīaduerto te memoriter meminisse. Itaq; maximas habeo tibi gratias: q me tanq̄ in p̄cipuis animi tui inter honestissima amicicie monumēta seruare volueris. Mihi autē nō possum nō iure optimo letari: cū itelligo me nō frustra te meis oibus ad ꝓbitatem actionibus ꝑinde atq; calcē ꝓposuisse: ad quā dirigēdi sint oēs nō bene loquēdi solū: sed etiā bene viuendi cogitatus ac studia nostra. Q aūt me hortaris vt romanā curiā petā: cum ea sit sola eruditiōis ⁊ eloquētie domiciliū: ad idq; omne studiū atq; operā polliceris: et cōsilium ꝓbo: ⁊ adminicula tua omnia libēter amplector. Verū nondū mēsis preterijt posteaq̄ florētiā veni. Quare necesse est vt cōstitutū annuū tēpus itegre absoluā Quod vbi fecero: si mihi tua opera ⁊ gratia honestū locū apud pontificē maximū ꝓponi intellexero: ꝯfestim in vrbē aduolabo Nam hic quātū mihi augurari iā videor: iter scillā charibdimq; nauigabo. Quo fit: vt qb⁹ aut rudētib⁹ malū: aut anchoris nauī muniā: haud facile queā hic ꝓuidē. At ego ingenuū ociū malim q̄ periculosū negociū. nam hec vrbs nō multo min⁹ q̄ bononia factionib⁹ dissidet: quin eo periculosius quo acutiora videntur mihi hominū ingenia ⁊ ad nocēdū ꝓcliuiora. Vale ex Florētia xiiij. Calendas Maias.

anno.M.cccc.xxx.

Franciscus philelphus Johanni lamole. S.D.

Pericula sua narrat. XXXV

q Uod fieri certior a me queris q̄d ipse de me statuerim: hoc est mansurus ne sim florētie in proximum annum an alio cōcessurus: quid tibi respōdeā haud satis scio. delectat me certe vrbs: delectāt ciues: delectat etiā celum ipsum quod ad preclara dexteraq; ingenia vim plurimā habet. Ceterū terrēt me ciuiles discordie: q̄s hic nō minoris q̄ bononie vigere et indies inualescere magis aīaduerto. At in ciuitate seditiosa q̄ q̄eso: q̄ trāquillitas vlla cuiquā eē queat? Quin eo mihi magis h̄ q̄ bononie ciuiles discordie metuēde sūt: q bononiēses tui sibi ipsis nocēt: peregrinis aūt fauēt oēs. At florētie secus oia. Accedit ad hanc difficultatē: q mihi parate sūt priuate q̄dā illorū insidie: q̄ virū hic doctū neminē vellēt: quo ipsi inter luscos oculatissimi viderent. Itaq; oīno hinc mihi alio tandem migrādum est: si velim & mihi & reb9 meis salubriter esse cōsultū. Sed quoniam tēporū est habēda ratio: nūc mihi velificādū est pro ventorū flatibus. Quo fit: vt in proximum quoq; annū hic futur9 sim. Vis aūt pestilentie quod nosse vis iam prope omnis contabuit. Vale ex Florentia calendis nouembribus. Anno dñi. M.cccc.xxx.

Franciscus philelphus Johanni aurispe. S.D.

Libros quos alteri cōmodato dedit repetit. XXXVI

m Ouerūt mihi risum littere tue: quibus Macrobium atq; dionem: quos cōmodato acceperas: repetenti respōderis; eos me tibi dedisse dono quo tempore con

stantinopoli sum ꝓfectus ad regē romanoꝝ sigismundū. Et ita niteris orōne mihi ꝓbare tuū cōmentū: vt nisi iuuenis admodū essem: me putarē oblitū mei. At vereor qm̄ senectutē attigeris: ne ipse obliuiosus sis fact⁹. nam sunt qui senectuti imbecillitatē memorie ascribāt. Ego eni memorie memi cū eēm triremē ꝓpe inscensurus petijsse te: vt duos illos codices ad reditū vsq; meū ex pānonia tue fidei cōmendarē: tutius eni eos apud te futuros q̄ꝫ domi. Cū vo cōstantinopolim reuertissem: tu aberas in italia Qui si posteaq̄ꝫ in italiam redij illos serius repeto: nolo ob id putes me esse oblitū mei. Quare te rogo vt eos iure postliminij vti sinas. quod tum feceris cum libri ad me reuerterint. Uale ex florentia pridie idus septembres. Anno christi. M.cccc.xxxj.

Francisc⁹ philelphus Johanni lamole. S.D.

Conductū se ait in triennium. XXXVII

n E aut te aut alios q̄s huc discendi gratia venturos significas ancipites teneam: ad proximū mēsem iuliū maximo cū toti⁹ hui⁹ ciuitatis cōsensu ac studio cōductus sum premio aureum trecētoꝝ q̄nquagenoꝝ in singulos annos pro toto triennio. cuius quidem statuti temporis initiū est xij. calēdas nouembres. Quod temporis curriculū faciat deus optimus maximus: vt cū minima inuidoꝝ in me molestia liceat percurrere. Uale ex florentia calendas augustas.

Frā. phi. Nicolao arcimboldo iurecōsulto. S.D.

Singulariter quendam commendat amico. XXXVIII

Ex qua die te bononie primū vidi: cū legatus p̄stātissimi mediolanensiū ducis philippi marie illac iter faceres tāta me tibi beniuolētia deuinxisti: vt oīa me tua causa facturū libenter vltroq3 receperim. Et tu item cōtra mihi oīa tua studia & officia es pollicitus. Itaq3 tēpus obtulit vt ipse anteuertā: cū anteuerti libentius vellē: quippe qui honesta in re opera tua opeq3 vti velim. Qui meas tibi litteras reddidit: iuuenis ē senensis eneas siluius noīe: honesta natus familia: mihiq3 charissimus: nō solū q̄ annos duos meus auditor fuit: sz etiā: qd ad ingenij acrimoniā dicendiq3 leporē attinet: moribus est & vrbanis et cultis. Cupiditate autē ductus visendi mediolani ad vos venit. Quid multis? hoīem tibi tāto studio cōmendo: vt maiore nequeā. Quicq̄d in hūc vl' officij vel opis cōtuleris: id in meipm̄ collatū existimabo. Adhortationē aūt illā tuā neq3 sum oblitus nec obliuiscar quidem. Quin hac ipsa de re meus eneas iste tecum verbis meis quedam commentabitur. Vale ex florentia nonis nouembribus.

Franciscus philelphus Antonio panhormite. S.D.

petit sibi suisq3 rebus consilium. XXXIX

Ego mi antoni mallē istic eē: vbi quietior mihi: vt existimo: vita afferret q̄ florentie: vbi oīa sunt tumultuaria plenaq3 īuidie. Ad qd animi 9siliū cū m̄lti me hortāt: tū guarinus noster in p̄mis. Sūt mihi mediolani amici nōnulli: sz guarnerius castellio et nicolaus arcimboldus: aloysius crotus oīum primi. Cum illis igit̄ velim de re mea aliqd cōmenteris: & qd ipsi hanc

in sententiā dixerint: ad me ⁊ ꝙprimū ⁊ ꝙdiligētissime perferen
dum cura. Nam si honesta mihi conditio fuerit oblata: eam non
detrectabo. Uale: ex Florentia. iij. idus Julias. M.cccc.xxxij.

Franciscus philelphus Joanni aurispe. S. D.

Factionem florentinorum molestā sibi esse dicit. XL

Uo in statu posite sint res mee nō est difficile iudicatu.
q Uniuersa hec ciuitas factionibus tumet. Nec diu ab
esse potest quin pariat maximi quippiā mali. Preterea
nosti ꝙ mihi aduersi sunt. Ubiqȝ gentium malim esse ꝙ florentie
Uale ex Florentia. iij. idus decembres.

Franciscus philelphus Francisco barbaro. S. D.

Commendat amico quendam. XLI

Osti iam pridem quanta mecū familiaritate atqȝ beni
n uolentia iunctus est antonius capanorensis. Qui ꝙꝙ
sua ꝓbitate ⁊ innocētia tibi debeat esse charissimus: ta
men vt mea etiā causa aliquid cumuli accedat: ad pristinā tuā in
eū benignitatem te etiam atqȝ etiā rogo. Uale ex Florētia Ter
tio Calendas Januarias.

Franciscus philelphus Joanni aurispe. S. D.

Pollucem repetit. XLII

Ihi polluce meo vehemēter est opus: itaqȝ rogo te vt
m eum ad me ire ꝙprimū cures. Nam illū tibi tantisper
vsui dedi donec abs te repeterē. Quare fac: ne secūdū
hac de re ad te scribā. Uale ex Florētia. iiij. cal'as Januarias.

Frāciscus philelphꝰ Ambrosio monacho. S. D.

Admonitum se dicit vt sibi caueat. XLIII

Anno. M.cccc.xxxiij.

I Ittere mihi tue semper gratissime fuerunt. Et in presentia q̄ antea lōge gratiores. Indicant eni dilucide ab quibus mihi cauendum sit. Uerum vtar equidem more meo: vt et nemini noceā: et lacessitus iniuria me virum esse meminerim. Uale ex edibus nostris Florentie tertiodecimo calendas februarias. Anno a virgineo partu. M.cccc.xxxiij.

Franciscus philelphus Thome sarsanensi. S. D.

Maturari promissa petit. XLIIII

p Lacuerunt que scripsisti mihi verbis reuerendissimi comitisq̄ patris cardinal'. Nec aliud quicquā habeo qd̄ respōdeā: q̄ maturato op' eē. Nā hic oīa sūt turbulenta et mihi nequaq̄ tuta. Causam tibi iam pridē significaui. Cura igit̄ ne frustra mihi scripsisse iudiceris. Uale ꝛ me clementissimo patri cardinali ꝛ cōmēdatū ꝛ charum reddito. Ex florētia. iij. Calendas Apriles.

Franciscus philelphus Carolo aretino. S. D.

Inimicum corripit q̄ sibi insidietur. XLV

s Unt nōnulli q̄ me monuerunt: vt mihi a te caueā. Moliri eni te mihi nescio q̄s insidias: vt q̄ eruditione ꝛ probitate nequeas: facinore mihi noceas: sū equidē id mirat': q̄ neq̄ deū metuens: nec hoīm famā: tāto sceleri te obnoxiū sis factur': p̄sertim cū nullā habeas iustā aduersus nos cām. Nō eni mihi vitio dādū est: si te doctior existimor: magisq̄ disertus: s̄ ingenio: ignauieq̄ tue: qui si ita lrīs et bonarū artiū discipline operā dares vt exercēdo fenori ꝛ flagitio: esses me fortasse multo supior.

Nam quod iactites his anchoris te munitũ: vt nullos fluctus: nullos turbines pertimescas: vidi ego persepe tantũ esse ventorum impetũ vt nulle anchore: nullũ robur: nulla alia munimina satis sint: que validissimas etiã nauis tueant: quo minꝰ obruant fluctuũ vorticibꝰ ac patiant denique naufragiũ. Itaque prudẽtiꝰ feceris: si rõni malueris ꝙ perturbationi parere: q̃rũ altera excutit ex hominũ mẽtibꝰ tenebras insanie: perturbatio vero lucẽ sapiẽtie. Tu de me carole nihil habes qd iure queas expostulare. Nã neq̃ publice neq̃ priuatim nocui tibi vnq̃. Quin vt scis nõnunq̃ es a me pulcherrime laudatꝰ: vel tũ maxime cũ a quibusdã grauibꝰ integerrimisq̃ viris essem cõmonefactꝰ: te mihi moliri insidias. Id eñi idcirco ab me factũ est: vt aliquãto puderet te tui: atq̃ resipisceres. Sed quantũ possum augurari: tãta est vis morbi: quo inuidẽtia te excruciat: vt nullis neq̃ humanitatis neq̃ admonitionis remedijs ad sanitatẽ redeas. Me tñ nulle tue mouebunt iniurie: quo minꝰ pergã similis esse mei. Uale Florẽtie ex edibꝰ nostris Idibus Aprilibus.

Franciscus philelphus Nicolao nicolo. S. D.

Inimicum vilipendendo arguit improbitatis. XLVI

e Go te nicolae nicole vt exusq̃ cõstãtinopoli ex chrisolora socero meo sapiẽtissimo clarissimoq̃ viro q̃ esses ingenio quibus moribus ad vnguẽ didicerã. Cumq̃ postea in italiam reuertissem: eadem ac etiam plura tũ ex guarino veronensi: tum ex iohanne aurispa viris prudentissimis et apprime eruditis audieram. Nec destiti tamẽ ea prestare omnia: quibus

te mihi summa beniuolentia deuincirem. At nullis meis nec officiis: nec meritis potui te aliũ reddere ꝙ̃ esses ⁊ iã fact⁹: ⁊ diuturna cõsuetudine ꝯfirmatus: quippe q̃ tibi magne laudi ducas: si prestare id queas: vt viri oẽs docti ⁊ boni tua opera ⁊ industria florẽtia extrudant. Itaq; gloriaris ⁊ chrysolorã florẽtia esse a te expulsũ: ⁊ guarinũ ⁊ aurispã ambos turpiť eiectos. Reliquũ esse philelphũ vnũ: quẽ aut breui exulẽ facies: aut male afficies: qđ ista sibi tua velit oratio: nõ itelligo. Nõ eni eiusmodi sunt nerui tui: vt mihi quicquã possis incõmodare. Nã qđ ad florẽtiã attinet: ego mea spõte inuidie cedere institui: nõ minis tuis: q̃ nullarũ es viriũ: nulliusq; auctoritatis vir: nõ metu potẽtioris cuiuspiam: cuius opibus audaciaq; insanis: sed vt viuã ipe mihi liber cũ musis. Vides tu sane nisi tu penit⁹ mentis lumib⁹ capt⁹ es: ꝙ̃ vnus philelph⁹ vniuerse ciuitati char⁹ est ⁊ periucũdus. Nihil neq; priuati nec publice petiť a me frustra. Si lapides ipsi loqui possent: oẽs in meas laudes linguas soluerẽt. Mihi gratificantur oẽs: quecũq; optarim obsequunť oẽs: inseruiunt oẽs. Quis vir bonus et grauis cuiquã aduerseť bene ꝓmerito: ꝓmereriq; assiduissime studẽti. Velim mihi dicas: qđ est erratum aduersus te meũ? Nõne oĩbus in rebus tibi vsq; morẽ gessi? Quid habes quod mihi des crimini. Num sinis te virũ iam decrepitũ ⁊ rerũ humanarum callẽtissimũ seduci a versuta maleficaq; vulpecula carolo arretino? Nõne aĩaduertis aliquando deprauatũ perditissimi hoĩs corruptũq; ingeniũ. An pateris eum vti te veluti in

strumēto quodā furoris sui. Resipisce: resipisce tādem. Cōsidera annos tuos. Q diu nobiscū futurus es. Q si nullū putares fore diuini iudicis vł premiū vel suppliciū hominū: tamē de tua vita atq moribus existimatio tibi verēda esset. Ego quod in me erit vt nunq̄ prestiti: ita tibi prestabo nunq̄: non modo inimiciciarū: sed ne minime quidē vł simultatis vel indignatiōis materiam. Uale Forētie ex edibus nostris Idibus Aprilibus.

¶ Franciscus philelph9 Cincio romano Apostolico secretario Salutē dicit.

Hortatur amicum vt promissa opere cōpleat. XL.VII

Uam mihi spem iampridem in vrbe roma coram recepisti: vt eam mihi perducas ad finē: te etiā atq etiā rogo. Nunq̄ mihi crede itermorietr apud me officiū tuū. Noui bonitatē animi tui: noui integritatē: benignitatē p̄sens expert9 sum. Scio nō falles opinionē de te meam: reliquū est vt cepta pficias. Uale ex Florentia pridie Calendas Maias.

¶ Fran. phi. Ambrosio monacho. S. D.

Gratias agit officioso amico.
Item excusat se q promissum non perfecerit XL.VIII

Ere mea te mltū habuisse sermonē cū viro clarissimo cosmo medice: et eū de me amicissime sentire vehementer gaudeo: p̄sertim cū tibi vt scribis sanctissime respōderit: mihi nō mōnō esse formidādū mali q̄cquā: sed ne cauendū quidē. Nō eni poterā nō subuerteri: ne quid aduersus me insidiarum instrueretur. Uerū miror quid laurētius cosmi frater quo-

Anno. M. cccc. xxxiij.

ties in me incidit semp obliquat faciem: salutatusq; a me respondet oino nihil. Sed qm cosmi fide debet mihi certius esse nihil: aliorum mores feram equo animo. De diogenis autem laertij versibus quod perurbane expostulas: ne mihi succenseas rogo. Nam partim occupationibus meis: partim animi molestia ob continuas inuidorum in me insidias factum est: vt versus illos latinos facere vt iusseras distulerim in hanc diem. Sed geram profecto morem voluntati tue: idq; propediem. Diodorum siculum ad te dedi. Uale. Florentie ex edibus nostris sexto Nonas Maias.

Franciscus phil. Bornio sale iureconsulto. S.D.

Molestiam sui status narrat. XLIX

Et te et vniuersam familiam tuam imo nostram valere perbelle: libenter accipio: atq; deum oro: vt ita quamdiutissime habeas. De me autem quod scire cupis: in freto nauigo siculo: inter ancipites estuantisq; procellas et turbulentissimos fluctus existimarem bononiensem solam ciuilibus factionibus dissidere. Sed florentia longe magis discordijs ac seditionibus feruet. Utinam huc aut venissem nunquam: aut abire liceret pro dignitate. sed neutrum mihi integrum esse video. Nuncius mihi fuit impedimento: quo minus tibi potuerim omnia explicare. Ignosce ac vale ex Florentia quinto nonas maias.

Franciscus philelphus Francisco barbaro S.D.

Causam cunctationis ostendit. L.

Accepisse te scribis mihi non commode esse florentie. Ita est sane vt accepisti. Idq; quod recte augurari nulla

mea culpa. Ad vos aũt redire nondum mihi est integrum. Cum licebit: te faciam meis litteris certiorẽ. Nam totũ hũc annũ: id quod ꝑmoleste fero: obstrictus sum reipublice florentine. Occupationes me faciunt: vt tecũ hoc tempore longior esse nequeam Vale ex florentia quinto nonas maias.

Franciscus philelphus Leonardo arretino Sal. di.

Rationem reddit cur abierit. .LI.

Apus castelliunculus auditor et familiaris meus renũciauit mihi tuo noĩe abitionẽ istinc meã et ꝑmoleste tulisse te: qm̃ priuatus esses iocũdissima nostra cõsuetudine: et rursus ꝓbare: qa istic esse nõ possem: sine certissimo vite ꝑiculo: adeo q̃sdã aĩaduerteras inuidie flãmis aduersus me in dies magis magisq; estuare. Vtrumq; certe qd mihi significasti presefert ꝑspicuũ argumẽtũ singularis tue beniuolẽtie erga me. At ego sane mi leonarde q̃q; libẽter agebã florentie: cũ ob alias plerasq; cãs: tũ etiã ꝓpter te eruditissimũ et optimũ virũ: tũ eo magis equo animo florẽtia careo: q inter istos flores multe vipere delitescũt: et he quidem venenose ac pestifere. Nec eni te latet quãta moderatiõe animi: quãta etiã patiẽtia semꝑ tulerim inimicorum insidias. Itaq; ne semꝑ impẽdẽti naufragio subiacerem: ex istis quottidianis et turbulẽtissimis fluctib9 in proximã Sene vrbis stationẽ hãc me recepi: vbi tã diu futur9 sum: donec aliqs secũdior flatus in tutiorẽ portũ aliquẽ me cõuexerit. Nã ne hic quidẽ satis tuto me agere posse video: ꝓpter istoꝝ ꝓpinquitatẽ quibus vitam meã odio esse animaduerto. Sed de hac re satis.

Tu velim me facias certiorē de oī tuo statu. Uale ex Sena. iij. Idus Apriles. Anno a salutigero. M.cccc.xxxvj.

Franciscꝰ philelphus Alberto zancario Sa. di.

Responsurum se breui dicit. LII.

Et recte mi Alberte et peramice facis: q̄ de me nunq̄ desinis aliqd cogitare et agere quod honorificū mihi et fructuosum sit. Conditio quam mihi proponis noīe tue florentissime reipublice talis est: vt eā nō modo nō improbē sed et probem potius et laudem. Ceterum breui respōdebo tibi. Uale ex Sena pridie idus Apriles.

Franciscus philelphus Petro perleoni Sa. di.

Certior fieri vult de statu amici. LIII.

Silentiū tuū tam diuturnū tanq̄ inusitatū suspicionē mihi affert nescio quā. Itaq; si tibi bn̄ est: vt et opto et volo: scribe ad me q̄primū quo tecū vna gaudeā. Sin secus est: id quod minime omniū velim: scribe etiā mihi quo tibi cōsilio saltē ꝓdesse possum. Uale ex Sena pridie idus Apriles.

Franciscus philelphꝰ Antonio panhormite S. di.

Librum alterius se petenti non posse mittere ait. LIIII

Cheretium quē esse apud me voluisti: illi ad te dedi cui tu per litteras dari iusseras. Lucretius quem tantope flagitas: si meus esset continuo ad te iret. Sed et de re aliena irrequisito domino nihil mihi agēdū existimo. Et nō req̄

fui mõ: verũ etiã rogaui atq; oraui dñm eius codicis: vt sineret me in rẽ suã liberalẽ eẽ. Saxei est capitis: ac plane inexorabilis. Nullo pacto induci potest: vt neapolim lucreti⁹ naviget: verit⁹ ne q̃ ob poculũ amatoriũ furuerit: rursus sirenis parthenopes veneficio intercept⁹ insaniat. Uale ex sena. iij. Idus octobres.

Francisc⁹ philelph⁹ Leonardo iustiniano S. d.

Increpat iustinianũ q̃ sibi res suas non reddit. LV

Escio q̃ tandẽ iure te adeo offirmaris: vt contra omne
n vel amicicie vel humanitatis ius meos mihi libros ac vestes nõ restituas. Tue eni iusticie fuerat: qui te iustinianum cognomines: vt que apud te deposueram: tueq; fidei cõmendarã: mihi pro tua fide tuaq; innocẽtia restitueres. Quare te ꝛ hortor ꝛ moneo: ne me diutius vana spe ludas: ne iniuria me afficias: ne me veteris amicicie nostre obliuisci cogas. Uale Ex Sena Idibus sextilibus. Anno christi. M. cccc. xxxvij.

Franciscus philelph⁹ Ambrosio monacho Sa. di.

Paruifaciat inimicum. LVI

Aucis respondebo tue prolixiori epistole. Ego amici
p ciam cosmi medicis nolo: inimicicias cõtemno. Nam et infensi animi simulata beniuolentia nihil est perniciosius. Et ego ita prudentie armis muniui me: vt nullas insidias pertimescam. Uale ex Sena quinto idus decembres.

Fran. phil. Senatui ꝛ populo perusino. S. D.

Ignosci sibi petit q̃ nõ satisfacit votis amicoꝝ. LVII

Anno.M.cccc.xxxviij.

T humanitatē erga me vestrā vehemēter amplector: & liberalitatē maximi facio. Doleo aūt & p̄molesté fero: q̄ his tp̄ib⁹ littere mihi vestre reddite sint: quibus iam alijs fidem dederā. Hanc vo inuiolatā vt prestem: & ipse cogor: & vos identidem velle nō dubito. Q̄ si tēpestiue vestre ad me littere aduolassent: essem p̄fecto desiderio vestro incredibili mea cū voluptate obsecutus. Ornassemq; vestrā istā splēdidissimā iuuētutē pro virili parte: nō modo eloquēdi: sʒ etiā viuēdi laudatissimis artib⁹. Qm̄ igit̄ honestatē cause intelligitis: ignoscite mihi si minus hac in re expectationi vestre responderim. Valete. Ex Sena Idibus Septembribus. Anno. M.cccc.xxxviij.

Franciscus phi. Leonardo aretino. S. D.

Loqui se ait per tabellarium. LVIII

Q Uicquid saxolus pratensis auditor noster verbis tibi meis exposuerit: sic habeto ac si coram ipse tecū loqueretur. Nihil est enim dicturus tibi: quod ab me nō dicendū acceperit. Uale. Ex Sena Calendis octobribus.

Frā. phi. Catoni sacco iurecōsulto & oratori S. D.

Excusatoria epistola. LIX

R Eddite mihi sunt littere tue cato mi dilectissime: non sene sed bononie: quo venerā ad. xvij. calendas februarias. Ut maturem ad vos aduentū meū: nō est in me: sed in principe isto nostro. q̄ si fecerit: vt id mihi facere liceat p̄ bononiēsis: quibus obstrictus sum ad augustū vsq; ꝯtinuo te videbo. Uale. Ex bononia Idibus Februarijs. Anno. M.cccc.xxxix.

Franciscus philelphus Joanni tuscanelle Sa.D.

Consilium de profectione aperit. LX

D E me quod flagitas scire ad primas studij vacatiões q̃s vocant: mediolanũ sum petiturꝰ: eo quidẽ cõsilio: vt siquã mihi nobilissimꝰ ille princeps spem lrĩs maximã pollicet: re ipsa inuenero: apud neminẽ malim q̃ apud eũ vitã agere. Sin secus offendero ad venetos me recipiã. Nã nihil incertius: q̃ bononie res secũde. Quãto enĩ fortuna blãdiꝰ videt aspirare: tãto magis aduersi ventorum flatus metuendi sunt. Vale. Ex bononia Idibus Aprilibus.

Franciscꝰ philel. Raphaeli fuscherario. S.D.

Moram suam excusat. LXI

q Uod diutiꝰ distulerim meũ ad vos reditũ: nulli culpe mihi ascribitote. Nã ego iampridẽ hinc soluissem si liber esset padi trãsitus. Sed id cũ sine lrĩs ducalibꝰ nemini liceat: atq̃ eas in hanc diem exorare nequiuerim: factũ est: vt serior fiat mea hinc abitio. Quid aũt sit in causa non intelligo. Quotidie mihi a principe respõdet: q̃primũ se mihi morẽ gesturũ. Sed huiusmodi q̃primũ nondũ vsquã apparuit. Qui apud principẽ et auctoritate valẽt et gratia: me monẽt: ne sim importunior. Nõ eni temere fieri. Itaq̃ meiipsius sum nescius. Nõ desistã tamen oĩs obtundere qui principi assistũt: donec liberam abitionem impetraro. Interea vo temporis commendo tibi familiam meam: si quid ẽ arbitraris me functurũ egregio meo erga te officio. Vale. Ex mediolano Pridie calendas iunias.

M.cccc.xxxix.

Franciſcus philelphꝰ Alberto zancario.S.D.

Gratias agit amico pro donis.
Laudat ariſteum ⁊ rus amici. LXII

e Sta te ſane prudēter factum: ꝗ mihi ex itinere fatigato lac coagulatū miſeris; egebam enī iſtiuſmodi refrigerationis gen̄e. Itaqꝫ nō minus te laudandū exiſtimaui: ꝓinde atqꝫ egregium coagulandi artificē quendam; ꝗ ariſteus fuerit a priſcis arcadibus laudatus. Is enim cum in arcadia late regnaſſet: quo ſibi maiore beniuolentia arcadas deuinciret ꝓmulta; vt erat princeps non ſomnolentus ⁊ obtuſus: ſed acer ſtrēnuoqꝫ ingenio; ⁊ excogitauit ⁊ adinuenit: que ad cōmunē hominū vel vtilitatē vel voluptatē accederent. Quare is omniū primꝰ cū apū atqꝫ mellis: tum etiā lactis vſum ad coagula īuenit ⁊ hoibꝰ tradidit: ꝗuis mellis auctorē Naſo affirmet liberum patrē extitiſſe. Tuū rus igiẗ nō poſſum nō amare: cuiꝰ ꝯſuetudine id te video aſſecutū; vt ad vrbanas lauticias ruralē fecūditatē adiūgas. Nā cū lac ſolū ex oibꝰ cibis ad hois naturā ſit ſatis: tum idē coagulatū delectat etiā plurimū. Q aūt ſcire vis: ꝗd egerim apud excellentiſſimū principē philippū mariā: cū in ꝑſentiā veneris oia narrabo tibi. Vale. Ex mediolano.xvj.calendas iunias.

Fran.phi.Ioanni antonio brixiano S.D.

Uenturum ſe ait. LXIII

v Eſperi mihi reddite ſūt littere tue. Itaqꝫ cras ad vos ibo. Nam ante id tempus hinc ſoluere nō licuit: cum mihi in hāc diem nullus ſit equus. Itaqꝫ ignoſce breui mee huic

more.Vale.Ex ticino.v.calendas decembris.

¶ Franciscus philel. Honofrio stroze S.D.

Successus suos narrat: ⁊ amicū latenter allicit. LXIIII

t Tabellarium ad te in germaniam proficiscentē nō sum passus ire vacuum meis litteris. Ex quarum delectatione poteris facile coniectare: quanta me priuaueris voluptate: q eidem tabellario mediolanū modo repetenti nullam ad me epistolam dederis. Et fecisti profecto: pace tua dixerim: inhumane & illiberaliter: q cū ad alios scriberes: hominis amicissimi sis oblitus. Sed quo maior est beniuolētia nostra: eo forassis existimasti magis licere tibi: vti mecum silentio per litteras: presertim in istis germanie niuibus: quarum frigore digiti quandoq stupeant ac rigescant. Itaq ignosco excusationi tue: modo ista posthac vti nolis. Quare fac vt erratum cumulatissime resarcias: operamq des: vt aliquid noui reportes i italiam tecum: quod musarum nostraq intersit. Non enim fieri potest: quin episcopus eneas vir doctrina & eloquentia singulari egregium aliquid inuenerit in tot ac tam plenis & pulucrulentis bibliothecis germanie. Vale. Ex mediol. pd'. idus februarias.

Fran. phi. Guiniforto barizo iurecōsulto S. d.

Scire desiderat mentem principis. CXXXIII

q Quod ad principem marchionem scripserim non te latet. Quid autem ea in re decreuerit nosse cupio. Rogo igitur te: vt quoniam non mediocriter nostra interest que sit istius mens principis: q primū intelligere cures pro vi-

rsii parte: efficiasq; ne diutius nobis expectandum sit. Erit hoc mihi pergratum. Vale. Ex mediolano Idibus februarijs.

Franciscus philelph⁹ Antonio trebano S.D.

Quendam accipit in amiciciam. CXXXIIII

a Ntonius florentinus fictor & excursor egregius: equa tempestate nostra atq; praxitelen apud priscos memorant copanue: aut phydian aliquem: & te diligit plurimũ: & mihi est charissim⁹. Itaq; a me petijt: vt te in familiaritatẽ beniuolentiamq; acciperẽ: quippe qui mei studiosissimus sis. Cupere eñi se nõ secus suos amicos pis fieri meos: atq; ipse est. Quare vt & homini amicissimo: & humanitatis officio satisfacerẽ: idcirco hasce lr̃as ad te dedi: vt tibi perpetuo testes essent singularis dilectionis erga te mee. Vale. Ex mediolano. iiij. calendas martias.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Hortat amicũ: vt exemplo suo sepius scribat. CXXXV

e Xpectabã q̃tidie tuas lr̃as: quib⁹ de his oĩb⁹ fierẽ cumulatissime certior: q̃ mea interesse censeres. Tñ cũ interim iste nũcius ad te iret: nõ eũ sum passus meis lr̃is vacuũ ꝓficisci. Te aũt vt vel hac in re meo exẽplo vti velis: etiã atq; etiã rogo. Vale. Ex mediolano. iiij. calendas martias.

Franciscus philelphus Francisco barbaro S.D.

Inuehitur in tabellarios negligentes.
Et promissa impleri petit. CXXXVI

e Que tuã humanitatẽ laudo: atq; tabellariorũ accuso vel negligentiam vel perfidiam in reddẽdis lr̃is meis.

Anno. M. cccc. xlvij.

Intelligo causam quare nihil responderis: cũ quid esses respõsurus ignorares. Reliquũ est: vt q̃s tuis l̃ris q̃ amicissime polliceris ac recipis: ⁊ diligẽter pficias ⁊ q̃primũ. hoc erit mihi tã gratum: vt imortalib⁹ bñficijs me tibi obstrictũ fore pfitear. Vale. Ex mediolano. iiij. calendas martias.

Franciscus philelphus Bernardo iustiniano S.d.

Tabellarij occasione eadẽ iterũ se scribẽ dicit. CXXXVII

Tanquã minime futurũ dubitabã: quin abs te mihi littere propediẽ redderent: tñ cũ existimassem nequaquã tibi fore ingratũ si publicus tabellarius aliq̃d itẽ l̃rarũ mearũ ad te deferret: scripsi rursus: eadẽ scʒ q̃ antea. Itaq; velim cures vt ad resurrectionẽ dñicã pateat mihi tu⁹ ad vos accessus Vale. Ex mediolano. iiij. calendas martias.

Fran. phi. Joanni ferusino iurecõsulto S.D.

Mortem principis narrat. CXXXVIII

Uod me dolore pene pficit ac macerat: acerbissimũ tibi he littere ⁊ luctuosissimũ afferũt nũciũ. Proxima eni nocte que idib⁹ augustis successit: hora secũda: splẽdidissimũ illud principũ decus atq; lumen philippus maria anglus: mediolanensiũ dux: cũ vẽtris pfluuio aliquot dies dissolueret: nature deoq; pcessit: tota ciuitas est in fletib⁹: senioq; pficit. Neq; quid cõsilij capiat satis nouit. Tumultuaria sunt oia. Nã neq; auditũ fuerat adhuc tantũ principẽ egrotatione detineri vlla: cũ repẽte clamor sublatus est: eũ vita excessisse. In hac tñ rerũ omniũ pturbatiõe vident oẽs publicã libertatẽ appetere. Quid secuturum

sit augurari nescio. Uehementissime mihi videnť ꝓcelle tẽpestatesq; impendere: presertim ꝙ hostes potentissimi sint in ipsis fere portis: et hic in tam repentino infortunio paratum sit nihil. Ni deus ipse prouiderit: maximi fluxus naufragiaq; sequenť. Uale Ex mediolano.xviij.calendas septembres.

Franciscus philelphus Alberto zancario.S.D.

Romam se periturum dicit. CXXXIX

b Reui ad te ibo romã petiturus: nisi ab his fuero ipeditus q̃ noue huic presunt reipub. Quas lr̃as tuis alligatas accepis cura q̃ diligẽtissime redditũ iri. Nã id te facẽ mea plurimũ interest. Uale. Ex mediolano.iij.idus septembres.

Frãciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Libros commendat amico. CXL

q Uos duos hypocratis libros in latinũ ꝯuerti eloquiũ alterũ de statibus: alterũ de passioĩbus corpis dedi ad te: vt primis lr̃is petieras. Hos cũ legeris: ꝓ tuo arbitratu cura vt ad me redeãt. Scio enĩ nõ facies vt mei q̃dã amici antehac apud vos ꝯsueuerũt. q̃ q̃s libros mutuo potius: vt videť q̃ cõmodato & ad constitutum tempus accepissent: ita verterunt in vsum suum: vt apud dominũ ius nullum relictum videatur. Sed hec tecũ iocatus sum. Noui enim bonitatem & integritatẽ animi tui. Uale. Ex mediolano Idibus octobribus.

Franciscus philelphus Marchiolo perusino philosopho ac medico Salutem dicit.

Jocatur in medicum. CXLI

b

M.cccc.xlviij

Ume negligentie videris accusare; cum nulla vnq̄ȝ diligentia vti cōsueueris: nisi circa rem fortasse pecuniariam; cum aliquem egrotum sanandum acceperis; cui cum promiseris receperis spospondeeris futurum vt intra octiduū omni aduersa valitudine liberet; in mēnsis traducis duos et amplius: verbis hominē lactans; pecunijsq̄ȝ emulgens. Sed hec tecum iocatus sum; cum tu serio facis omnia que referant in questum. Uerum hec medicis vobis legittima sunt: vt vel celeriter hominem perimatis; vel egrotatione diurna conficiatis. Ratio vestra omnis refertur ad lucrum. Et accusas me negligentie: qui vnus omniū sis negligentissimus. Uale Ex mediolano Decimo quinto calendas ianuarias.

Fracīscus philelph⁹ Jacobino bicheto S.D.
Lactantium repetit. CXLII

Um ego tua causa lactantiū aliunde mutuatus; quem intra quindecim dies pmisisti reditur ū ad dn̄m. Tu eū codicē penes te habes iā prope annū. Facisq̄ȝ mihi nō mediocrē iniuriam: cum tua causa ludere videor virū optimū mihiq̄ȝ amicissimum. Prudentius tibi consuleris; si lactantium dederis ad me q̄ȝprimū: vt eum tandem remittā ad dominū. Uale. Mediolani ex edibus nostris calendis ianuarijs. Anno. M.cccc.xlviij.

Franciscus philelphus Antonio petrucio Equiti aurato Salutem dicit.
Conditionē se non posse accipere ait. CXLIII

Uam nouissimis lrīs tuis mihi cōditionē pposuisti; q̄ redire ad vos; si id mihi facē eēt iā itegrū; eā libent acci

perē. Sed cū ob alias multas rōnes ea mihi vti nō licet: tū p̄cei
pue ob nouū hui⁹ reipublice statū: q̄ tpe nemo est sui iuris. Bre
ui tñ futurum puto: vt tibi ex mea sententia respondeam. Uale.
Ex mediolano pridie idus ianuarias.

Fran. ph. Galeatio cremensi Salutem dicit.

Neq3 ꝯsilij neq3 auxilij locū apud se esse ait. CXLIIII

Liunde mi galeaci tibi consule. Nam hoc tempore qd
a aliud tibi consulam nihil habeo. Uale. Ex mediolano
Idibus ianuarijs.

¶ Franciscus philelphus Catoni sacco iure cōsulto Salutem dicit.

Negat se plura hoc tpe scribē posse. CXLV.

n Escio sane qd tibi sum rñsurus ad ea q̄ multa scripsisti:
nō amice minus q3 iocūde: ꝛ ꝓ tua ꝯsuetudine. Sed vi
des in q̄ tpa inciderim⁹. Itaq3 ignosce tū breuitati lrãrū: tū etiā
q2 nō liceat apti⁹ loq. Sed mittā aliquē ex meis ad te: ex q̄ mentē
oēm meā cognosces. Uale. Ex mediolano Idib⁹ ianuarijs.

Frā. phi. Besarioni cardinali niceno S.D.

Iliada se vendere negat. CXLVI.

Am homeri iliada quam vir eruditissimus theodorus
e gazes exscripsit mihi: ꝛ eam quidem magna cum impē
sa: atq3 sumptu: facio tanti: vt ne cresi quidem ingenti
bus illis admirabilibusq3 thesauris cuiquā sim cessurus. Te aūt
pat reuerēdissime maiorē ī modū miror: q̄ mecū ab usq3 ꝯstātino
poli noris: vl' in publico discēdi ludo: vbi post obitum mei soceri

chrisolore fuimus apud chrisococem condiscipuli mores arbitre
ris cum etate mutasse. Ut qui vnus omniũ liberalissim⁹ esse cen
sterer: benignitatẽ illã cũ auaritia cõmutarim: donare didici sepe
permulta ac vendere nihil vnq̃: presertim libros: quib⁹ sane pre
ciosius nihil duco. At hũc homeri codicẽ tam charũ habeo: tam
iucundum: vt vix quicquã in vita magis. Itaq3 ignosce hac in re
mihi. Si quid aliud tibi possim gratificari: iusseris nihil frustra.
Uale. Ex mediolano Decimo calendas februarias.

Franciscus philelph⁹ Alberto zancario S.D.

Non expedire ait vt omnia scribat. CXLVII.

q Que hic gerãt: neq3 ausim: neq3 debeo scribẽ tibi. Scis
eni non decere incolã in aliena republica esse curiosum.
Ois mea ɔsuetudo hoc tpe est cũ libris. Itaq3 semot⁹ a populari
bus fluctib⁹: ne peam naufragio: institui tãdiu in huiusmodi por
tu me ɔtinere: donec aliũde secũdus aliq̃s ventus aspiret. Utinã
mihi liceret ad vos ire. Qð qm facere ꝓhibeor: modice feram ne
cessitatem. Uale. Ex mediol'. cal'. februa. Anno. Mccccxlviij.

Franciscus philelphus Petro perleoni S.D.

Corrigit insimultatem se negligentie. CXLVIII.

n Uagaris tu quidẽ cum negligẽtiã mihi obijcis: q̃si tibi
mores mei sint incogniti. Nam quẽ vnũ vidisti vnq̃ q̃
me diligentiorẽ? At qð velis ad te scribã in tãto rerum
omniũ turbine? Itaq3 sine me temporum habere rationẽ. Tibiq3
ꝑsuade: tuã rem oẽm nõ secus atq3 ipsi⁹ meã mihi cordi esse. Uale
Ex Mediolano Octauo calendas martias.

Franciscus philelphus Francisco patritio S.D.

Amiciciã laudando operã petit amici. CXLIX.

q Ua ipse in re tuo velim vti officio: galeacius cremẽsis iste: q̃ meas tibi lrãs reddidit diligenter corã exponet. Tuus aũt mihi animus exploratissim⁹ est. Amas eni obseruasq; me egregie: nec potes oblitus esse: q̃ ego te semp dilexerim. Nã tua tum doctrina: tum dicendi elegãtia testimoniũ facit. Qď cũ ita sit: reliquũ est: vt re ipsa itelligã: q̃ etiã hoc tpe tibi sum cordi Uale. Ex mediolano Pridie calendas apriles.

Franciscus philelphus Augustino datho S.d.

Inseruiri sibi a discipulo desiderat. CL

a Ccipies a galeacio isto cremensi: qui meas ad te ptulit lrãs: q̃ velim abs te curatũ iri. Nõ eni ignoras quantũ discipuli pceptorib⁹ debẽt: q̃s nõ secus ac parẽtes colere venerariq; oporteat. Qď qm̃ minime ignoras: tecum lõgior esse nolui. Uale. Ex Mediolano Pridie calendas apriles.

Fran. phi. Angelo actiolo Equiti aurato S.d.

Amici pmissum nõ respõdere suis ait. CLI

q Ue petẽti tibi: philippo maria duce adhuc viuo: recepers de cosma medice: ea seruaui oia. Que xo tu mihi neq; petẽti neq; cogitãti es pollicitus: nusquã apparẽt. At nouit cosmas & egregie q̃dẽ mecũ actũ esse nullo iure. Q̃si extrema affectus iniuria: oia tibi pdonaui: q̃d factur⁹ sit cosmas: apud quẽ vnũ tu posse videris oia? Aut igit̃ pmissa perfice: aut tibi debeo nihil. Uale. Ex mediolano calendas apriles.

M.cccc.xlviij.

Franciscus philelphus Johanni aurispe S.D.

Illiberalitatis accusat amicum. CLII

t E vno mi aurispa nemo est in accipiendo liberalior: in dando autē nemo rursus auarior. Quare ne prodigus iure possim a quopiā iudicari: qđ a me petis: ad te nō ibit. Vale. Ex mediolano x. calendas septembres.

Frāciscus philelph9 Antonio panhormite S.D.

Amicum certiorem facit de rebus suis: ⁊ de statu ciuitatis: petitq; consilium. CLIII

c Um idoneus esset oblatus nūcius: cui tuto litteras ad te darē: volui certior fieres de reb9 meis: quas pro nostra summa atq; mutua beniuolentia scio non secus te ducere ac tuas. Quanti me faceret charumq; haberet diuinus ille dux philippus maria: nosti peregregie. Quo extincto: qđ sine lachrymis meminisse nequeo: apud hos ciuis subito est exortum incredibile quoddam publice libertatis studium: cui9 initia pulcherrima extiterunt. Nam q̄ diu consensione sunt vsi: res gesserunt preclaras ⁊ maximas. Sed vbi relicta ratione publice vtilitatis ⁊ glorie ad ambitionem ⁊ auariciam animū conuerterunt: permagne sunt inter eos discordie subsecute. Hinc enim gabelline: illinc gelphe emerserūt factiones: que inter sese mutuis odijs estuantes in ardentissimas flammas breui exurgant necesse est. Videre videor: horrenda propediem emanatura incendia: que diuina atq; humana omnia concremabūt. Itaq; vellem me hinc tempestiue surripere. At quo me recipiam nondū satis intelligo: ita mihi videt̄ vniuersa prope italia eodem hoc igni cōflagrare.

Quare te rogo: me adiuues consilio tuo: quod mihi faciundum magis conducat. Est enim mihi familia nō parua: eaq; delicata: quam hic relinquere non possum nec volo. Quo aūt honeste sim cōmodeq; acturus non satis habeo exploratū. Uale. Ex mediolano Idibus nouembribus.

Frācīscus philel. Enico dauolo eq̄ti aurato S. D.

De eadem re. CLIIII.

Uo in statu sunt res mee post obitum illius nostri diuini principis philippi marie: potes tu mi enice non coniectura modo aduertere: sed oculis pene ipsis coramq; intueri. Non enī obscuri aut varij esse queunt: qui ad vos quottidie et rumores & nuncij hinc perferuntur: adeo sunt omnia tumultuaria: atq; turbulenta. Nec longe abesse potest: quantum mihi augurari licet: quin hi ciues vt mutuis feruent estuantq; odijs inter sese per omnem cruoris immanitatem digladiētur: ni deus ipse auxiliū tulerit. Sed contineo ipse me. haud enim scio q̄ hec recte commiserim litteris. Adiuua me prudentissimo tuo amicissimoq; consilio si quid potes. Uale. Ex mediolano Quintodecimo calendas ianuarias.

Fran. phi. Lapo pisone iureconsulto Salutē dicit.

Tabellarij vbis fidē eē habēdā ait: & amici operā petit. CLV.

Ui tibi reddidit meas lrās: est mihi is multos annos ꝑfamiliaris. Cuius fide ac beniuolētia erga me habeo exploratius nihil. Itaq; nō sum veritus huic vni committere ea omnia que abs te cuperē curatum iri. Quecūq; igitur

verbis meis tibi coꝛā exponet: ea volo non secus accipias q̄ si ex oꝛe p̄ntis mei emissa audires. Nec enī puto alio te nūc eē animo q̄ tum eras cū in arno de lunari meatu atq; natura tā facete commentabaris. Nam q̄q̄ audio te ad rem nūmariā factū paulo auidiusculū q̄ soleres: et si ꝓfusus fuisti nunq̄: tñ quia operā a te exigo: nō pecuniā: nihil est qđ dubitē de tua benignitate: ni foꝛsitan iurisperitoꝝ moꝛe operā quoq; venalē pꝛoponis. Effice qđ volo: ac vale. Ex mediolano Idibus ianuarijs. Anno. M.cccc.xlix.

Franciscus philelphus Joanni aurispe S.D.

Pericula sua narrat: ꝛ ꝯsiliū petit. CLVI.

Ego mi aurispa in syrtibus nauigo: vnde sine maximo periculo erūpere nō licet: ꝛ internauigandū ne fluctib⁹ obꝛuar aut peream naufragio: plurimū mihi est metuēdū. Si qđ habes adiuua me ꝯsilio tuo. Nā qđ agā incertus sum. Ubiq; gētiū hoc tp̄e q̄ mediolani esse mallē. Ubi neq; sine maximo periculo esse possum ꝓpter ciuilis seditiones: nec etiā hinc abire ab his ꝑmittiꝛ; in quoꝝ potestate sunt oīa. Adde difficultates rei mee familiaris. Quare mihi oīa sunt aduersa: nihil oīno consilij mihi relictū est. Tu q̄ nauigas in poꝛtu: si qđ mihi adiumentū afferre potes ne differ. Vale. Ex mediolano Sexto calēdas augustas.

Fran. phil. Geoꝛgio plato iurecōsulto S.D.

Admonit⁹ grās agit: ꝛ moꝛes suos declarat. CLVII

Admonitionē tuā ꝛ ꝓbo ꝛ plurimi facio: vtpote quā nouerim manare a beniuolētissimo in me aīo. Ceterū velim illud tibi esse exploratissimū: ita me mihi vitā instituisse cū antea

semper: tum precipue hac die: vt nihil obiici queat meis moribꝰ: cuiꝰ redditurꝰ nō sim ꝙ̄ rectissimā ratione. Nec sū adeo curiosus in vestra republica: vt a quoquā possim iure accusari. Ego totus versor cū libris. Neqꝫ domi cōtineo: nō modo ne loqr de quā qđ mihi sit incōmodū allaturū: ſꝫ ne audiā qđ dē. Itaqꝫ admonēdꝰ nō est: q̄ secū habitat: nec aliunde pēdet ꝙ̄ ex sese: ni fortassis mihi metuis a candido decembre: hoīe natura maledico: ꝛ inimicissimo bonis viris ꝛ eruditis oībꝰ. Is si quid insidiarū tetēderit: da operā vt corā accersar. Id si feceris: facile oēs dilucideqꝫ intelligent nefarios dolos ac fraudes teterrimi nebulonis. Tibi autē grās habeo imortales: q nihil pretermittas: q mea interesse arbitreris. Vale. Ex mediolano Sexto calendas augustas.

Fran. phi. Leonello estensi marchioni S. D.

Gracias agit principi se ad familiaritatem inuitanti. Item quid differunt rex ꝛ tyrānus. CLVIII.

SI tibi corā narrare possem pstātissime pnceps leonelle quātū me tibi debere putē: q nullis meritis de te meis vltro me inuitaris ad tue celsitudinis hospitiū atqꝫ familiaritatē: intelligeres pfecto ꝙ̄ sit apud me egregia virtꝰ tua ꝙ̄qꝫ admirabilis penēqꝫ diuina. Nō eni expectasti vt te lris anteuerterē ac rogarē: vt me intra regales tuos parietes exciperes: dignūqꝫ redderes beniuolētia tua. Sed id diu mihi atqꝫ multū aggredi cogitāti spōte occurristi: teqꝫ ipsum liberaliter pbenigne ꝑ obtulisti: ac nullū ptermisisti officiū humanissimi sapientissimiqꝫ pncipis. ꝛ qđ a platone scriptū legimꝰ: nō obscure ꝯfirmasti: beatas illas fore respublicas: q aut a sapiētibꝰ aut a sapientie studio

M.cccc.xlix.

sis administrarentur. Nec enim ignoramus inter regem & tyrannum illud interesse: q hic omnia refert ad vtilitatem suam contē pro diuino omni atq humano iure. At rex secus omnia: qui iusticiam atq pietatem ante oculos semper ferens: sibi oia vult cum ciuitate esse cōmunia: suum atq proprium nihil ducens quod a publica vtilitate dignitateq separet. Dignus es tu pfecto qui q diutissime sis in vita: & non minus vniuerse italie q tuo isti pacatissimo atq felicissimo potētatui domineris. Totus es ad laudem & gloriā natus: cuius vniuersa vita plena est honestatis: plena sapientie. Faciat deus omnipotēs: vt mihi aliquando liceat vti atq frui: quod mihi beneficium q beneficentissime alacerrimeq proponis. Nunc enī ea sunt tempora: vt aliud nihil queam non modo deliberare: sed ne respondere quidē. Vale. Ex mediolano Quinto calendas augustas.

Franciscus philelphus Nicolao varoni philosopho ac medico Salutem dicit.

Ratione temporis parum esse loquendum ait. CLIX

Ue mihi scripserit nobilissimus princeps tuus immo q noster: quidq ipse pro tempore respōderim: tecū ipse considerabis. Nam ego in presentia mei iuris non sum Itaq omnia sunt accōmodanda tempori. Tu velim interea moderes & componas omnia pro singulari tua prudentia. Meum animū habes in manu. Nec loq aptius quicquā licet. Cū licuerit id qd nō lōge abesse potuerit: aperiā tibi mentē meā. Es eni vnus cui creditus sum oia. Vale. Ex mediol. v. cal'as augustas.

Franciscus philelph⁹ Alberto zancario S.D.

Periculosum tempus esse ostendit. CLX.

Quid tibi respōdeam haud scio. Nec ausim afferre si qd etiam sciam. In scylleo estu nauigamus: nisi deus aliquis opoꝛtune afflauerit: vltimū naufragiū patiemur. Vale. Ex mediolano Quinto calendas augustas.

Franciscus philelphus Joanni aurispe Sa. D.

Accusatus supbie excusat se. CLXI

Quid supbie me accusas ꝙ tibi respondeam nihil: quasi ea sint tempoꝛa: vt cuiquam liceat loqui quod sentit. Itaq malo abs te superbie accusari q̃ stulticie. Non sum enim vsq adeo obtusioꝛibus sensib⁹: vt quid me aut deceat aut dedeceat non intelligam. Te igitur rogo: equo animo feras silentium meum. Nam cum licuerit: te obtundā pꝛolixitate orationis. Vale. Ex mediolano Pꝛidie calendas augustas.

Franciscus philelphus Angelo actiolo Equiti aurato Salutem dicit.

Arguit quēdā nō obseruare ꝓmissiōes. CLXII.

Nihil eoꝝ in hāc diē video abs te ꝯfectū: q mihi tū corā antea: tum postea p lr̄as tā liberaliter recepisti. Ac nō possum sane nō admodū mirari: ꝙ ne respōdes tu quidem: ni foꝛtasse velis me tuū interpꝛetari silentiū: ꝙ nihil mihi receperis: neq hic presens: nec postea scribens: sed ꝙ verba non tam feceris q̃ dederis Id si ita est: vtar illo Therētiano Par pari referto. Vale. Ex mediolano Tertio nonas augustas.

Fran.phil. Petro medici cosmi filio S.D.

Sanari vulnera petit ab eo q̄ inflixit. CLXIII

p Recipuũ tuũ in me amorẽ ⁊ exptus sepe sum pn̄s: ⁊ audiui absens. facisq3 ac fecisti semp pro officio gratissimi discipuli ⁊ viri optimi. nã de tua erga me volũtate cũ ab aliis per multis: tum ex angelo actiolo splẽdidissimo equite aurato ⁊ vestre familie studiosissimo egregie accepi. Reliquũ est: vt achillis quod fabulant: iaculo vtamini in secũdo ictu. Quod si factũ cognoro: haud patiar vlla me bñficij iurisq3 magnitudine superatũ iri. Vale. Ex mediolano Tertio nonas augustas.

Franciscus philelphus Lanpugnino birago S.D.

Laudat quendam grece litterature studiosum. CLXIIII

l Audo bonitatẽ igenij tui: q̄ etate iãdudũ in grauescẽtes operã grece lrãture: istis dissi. milib' q̄ lr̄atissimi haberi volũt grecis lr̄is ignoratis omnino. At sua se plurimũ opinione fallũt. Nemo enim mea sentẽtia latinus sit optim' vbi greca prorsus eruditione careat. Prudẽti' igit' tibi ɔsuluisti. Quare quicqd a me postulas: id totũ esse in tua potestate positũ existimato Nã ⁊ libris tibi ⁊ doctrina nunq3 sum defutur'. Vale Ex edibus nostris mediolani Nonis augustis.

Franciscus philelphus Aloysio crotto S.D.

Comparatio hieronymi ⁊ Augustini. CLXV

h Jeronymi q̄s petieras augustiniq3 eplas ad te dedi cõmodato. Quare vbi eas p tua voluntate lectitaueris: cura ad me redeant. Q aũt queris qd de vtroq3 sentiã: ⁊ q̄ ad do

ctrinā: ꝛ quo ad eloquētiā: breuiť accipe. Omniū primū de reb⁹ diuinis non est meū iudicare: sed ecclesiastice dignitatis auctoritatisq;. Ceterū puto vtrūq; vero pulcherrimeq; diuinarū rerum omniū scientiā tenuisse. Sed q̄ ad reliq̄s oīs ptes phie augustin⁹ visus est lōge tū acutior ꝛ peritior: tum etiā subtilior. Dialectic⁹ augustin⁹ fuit egregi⁹: ꝛ idem phisicus atq; mathematic⁹. Huic hieronym⁹ plurimū pstitit dicēdi elegātia potius q̄ doctrina: id quod vtriu. q; oratione licet ītueri. Grecā litteraturā hieronym⁹ ppulchre calluit. Augustin⁹ min⁹ pfecte. Ille hebraice q̄ habeť crudit⁹. Et augustin⁹ illi⁹ lingue ignar⁹ oīno. Vita horrid⁹ hieronym⁹. Augustin⁹ aūt mitis. Q̄ si ex his duob⁹ vn⁹ effici potuissꝫ nihil natura absoluti⁹ edidisset. Vale. Ex edib⁹ nris mediolani.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Angustiam suam ostendit. CLXVI

n Eq; hic esse licet sine piculo: nec alio ire pmittiť. Itaq; lupū teneo aurib⁹. Consiliū tū tuū nō mō laudo: sꝫ etiā pbo. Sed quid agā q̄n hec sunt tēpora. Deus bene vertat. Vale Ex mediolano Kalendis septembribus.

Franciscus philelphus Bernardo iustiniano S. D.

Loqui se ait per tabellarium. CLXVII

q Vi tibi reddidit meas litteras: tāta mecū beniuolētia iūctus est: vt maiore nemo esse possit. Quicq̄d is tibi noīe meo dixerit: id ita existimato ac si a meipso coram audires. Vale. Ex mediolano Idibus septembribus.

¶ Frãciscus philelph⁹ Nicolao varoni S. D. Consilium petit. CLXVIII.

h Ec negocia quibus fluctib⁹ agitent scio te non latere. Quid autē mihi boni priuatim sperādū sit in tāta rerū omniū calamitate: et ipse intelligo: et tu potes aīaduertere. Itaqꝫ si quid habes cōsilij: id vt doceas rogo. Nā mihi vix yllum relictū est: presertim cum hinc abeundi facultas nō detur. Uale. Ex mediolano. xij. calendas octobres.

Frāciscus philelphus Joanni aurispe S. D. Cōsuli iterū sibi petit. ꝓpter pericula CLXIX

v Ix narrari queat quantis in malis tota hec ciuitas fluctuat. Nec reliquū est qđ expectet̃ ꝑter vltimū naufragiū: id qđ lōge abesse nō potest. Bacchat̃ ī oīa mucro Nec humanis nec diuinis parcitur rebus. Scripsissem tibi plurib⁹: sed nescio ꝗ̄ hec recte sunt lris cōmissa. Tu si qđ mihi ꝯsilij potes afferre excogita. Nā mihi nullū est relictū in tāta impunitatis licētia. Uale. Ex mediolano Jdibus octobribus.

Franciscus philel. Ambrosio iureconsulto S. D. Dicit quosdā vtiles donec vtilitatis ratio decesserit. CLXX

q Uoniam iampridem obduruit meus animus ad eas erumnas omnis quas affert inconstātia mutabilitasqꝫ fortune: idcirco equiorem in illos me prebeo: qui nulla iniuria lacessiti se mihi prestant importunos atqꝫ infestos. Nam si iniurias singulas persequi velim: mihi potius nocebo ꝗ̄ alijs. Non omnes amici sunt qui videntur. Qui commoda emolumētaqꝫ sectantur: tam diu sunt amici: quoad vtilitatis ratio coram

floret. Si decedat vtilitas; que amicicia manere potest? Idem possit de iis iure dici; qui voluptatē sibi proposuerunt. Tam diu enim se amicos inculcant; donec perfruantur optatis. At si quid tristius accidat: nusquam sunt. Non igitur me perturbāt que de hominis leuitate significasti; est enim similis sui. At ego sequar meum vite institutum. Equidem benefaciam semper; iniurias si propulsare non potero: aut contemnam: aut perferam Uale. Ex mediolano Calendis iunijs. Anno dñi. M.ccccl.

Fran. philel. Joanni amerino iureconsulto S. D.

Laudat quēdā q̄ morali philosophie operā dat. CLXXI

Quod scribis: dem operā vt libros aristotel' tibi cōparē aut q̄ de republica aut q̄ de re familiari nobis precepta tradūt: faciā ⁊ ꝓpediē ⁊ diligēter: mō librariū nactus sim: cuius in his exscribendis opa vti possim: id qd spero nob minime defuturū. Laudo aūt pstantiā ingenij tui singularēq virtutē: q q̄q̄ es occupatissim⁹: nolis tñ pati carū te rerū expertē dici q̄ ad bene beateq viuendū precipue cōducūt. Nam si sese moderari ⁊ instituere pulchrū est: qd moralis disciplina facit. quāto fit pulchrius ⁊ preclarius idem prestare posse cum de domo tum de ciuitate vniuersa: cui⁹ felicitas omniū felicitatē cōplexa est? Accedit ad rem: q harum disciplina ⁊ cognitio eo est tibi magis necessaria: quo legum ⁊ iuris ciuil' sapientia magis prestas. Nā quis audeat se iureconsultū ꝓfiteri: his ignoratis fontib⁹: vnde leges oēs iuraq manarūt. Faciā igit quod iubes ⁊ amice ⁊ recte Uale. Ex mediolano Calendis octobribus.

Anno. M.cccc.l.

Franciscus philelphus Petro perleoni S.D.

Cõsolat amicũ in aduersa fortuna. CLXXII.

a Nimaduerti ex tuis ad me lris tibi fortunã quã vocant aduersari. At tu si me audis: aio forti magnoqʒ sis: et prudentia vtaris ⁊ patiẽtia. Speresqʒ fore: vt pstãti ingẽtiqʒ viro cui nihil tãdẽ neqʒ ad dignitatẽ nec ad emolumẽtũ deesse possit. Itaqʒ vt ad battũ ait corydon apud theocritum.

Fidere batte decet: melius cras forsan habebit.
Sperandum est viuis: non est spes vlla sepultis.
Nunc pluit: ⁊ clarius nũc iuppiter ethere surgit.

Quare ꝯfide etiã ꝓpediẽ tibi melius fore. Qdiu viuim⁹ nos bona spe duci ꝯuenit. Nã post himbrẽ serenitas sequi solet. Curabo qđ petis: ꝗꝗ res nostre sint hac tẽpestate ob vim diuturni belli angustiores. Vale. Ex mediolano Quarto nonas octobres.

Franciscus philelphus Francisco barbaro S.D.

Libros repetit. CLXXIII

v Ellẽ etiã mihi fortunã de⁹ optim⁹ maxim⁹ tribuisset: vt et mihi possem et amicis sp gratificari. Nõ enĩ libros meos abs te peterẽ. Sʒ qm̃ illis carẽ nõ possũ: rogo te vt restituẽ iam incipias. Vale. Ex mediolano Quarto nonas octobres.

Fran. phi. Jacobo cassiano presbytero S.D.

Arguẽdo quẽdã libros ab eo repetit. CLXXIIII

I Amdiu inani spe ductus abs te sum: vt mihi ipsi succenseam. Cõmodarẽ victorino feltrẽsi eruditissimo ⁊ optimo viro proclũ in platonẽ cũ thimeo locro ⁊ aristotel' dialecticã: cũ egregiis cõmẽtariis alexandri ⁊ themistii. Cui⁹ proclus vtaꝫ

aut hospitio aut carcẽ sum plane ignarus: nisi etiã ipse fortassis fuerit a te coniectus in vincula et in ꝑpetuas tenebras. Dialecticã vero apud te esse tua iampridem ad me epistola testis est. At ea in sex vsq3 mẽses cõmodato petieras; cũ iam anni quattuor preterierint nec codicẽ mittis nec quicq3 ad eas litteras respõdes quas dedi ad te hac de re creberrimas. Itaq3 nõ mirari nõ possum. Occurritq3 mihi memorie: te idẽ olim de euripidis tragedijs & mathematicis libris: quos idẽ victorinus per te mihi reddẽdos iusserat egisse. Itaq3 nõ possum nõ cõmoueri. Nam quantũ videre videor: tibi sum ludo. Facies aũt pro officio tuo: qui & sacerdos sis: & victorini discipulus; et mei studiosus: si & mea ad me dialectica dederis: & aliquid de proclo docueris. Volo eni oĩno meos apud me esse libros: ne inanis semꝑ dñs existimer. Vale. Ex mediolano pridie nonas octobres.

Franciscus philelphus Bernardo iustiniano S.d.

Litteras ab amico petit: & libros suos repetit. CLXXV.

Quo magis quottidie tuas expecto lr̃as; eo me magis mea fallit spes. Miror q3 plurimũ qđ sit in cã: vt tabellarius vacuus semꝑ redeat lr̃is tuis: cũ ab alijs amicis frequẽtes reddat. Itaq3 pro nostra vetere beniuolẽtia abs te peto: vt hoc me desiderio tãdẽ leues. Qđ si feceris: habebo tibi nõ mediocres grãs. Preterea mea illa opuscula q̃ tũ pat tuus vir ille grauissim⁹ atq3 optim⁹: tũ etiã ipse tu visenda accepisti: isti nũcio ad me des velim: q mcã tibi epistolã reddidit. Nã cũ earũ rerũ nullã omnino mihi exemplũ sit; video: familiarib⁹ quibusdã

nō eque in se nūc liberalis atq antea consueueram. Uale. Ex mediolano Pridie idus octobres.

Franciscus philelphus Blasio axiretensi Equiti aurato Salutem dicit.

Iocatur in amicum ruri manentem. CLXXVI

Quid tamdiu ruri tenearis ignoro: presertim cum neq ficus ruri; neq vua; nec pomorū quicquā offendit. Sz castanee te fortasse delectant: que quoniā spiritus sunt plenissime: ne lateri tibi noceant caue. Nā si iis vtaris familiari⁹ vētris crepitū nunq vites. Ego plātas ficulneas idies expecto. Uale. Ex mediolano Quarto calendas nouembres.

Franciscus philelphus Ciccho Calabro Ducali Secretario Salutem dicit.

Pecunias solui sibi petit. CLXXVII

Dixisti cum hinc esses abiturus laudem ad triduū fore: vt quas iusserat pnceps pecunie mihi indubitato redderētur. Quatriduum aduenit: & de pecunijs verbum nullum. Itaq te rogo: ne iussa principis frustra tue fidei mandata videantur q̄diligentissime cures. Uale. Ex mediolano Idibus nouembres.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Litteras repetit. CLXXVIII

Desideraui iamdiu lrās tuas: rursusq desidero. Itaq si me amas: id quod est mihi clarius luce: noli cōmittere vt te vel negligentie noīe; vel obliuionis crimine accusem. Uale

Ex mediolano Octauo idus nouembres.

Franciscus philelphus Joanni euangeliste fratri heremitano Salutem dicit.

Stomachatur cuidam sibi molesto. CLXXIX

n Ec inferre cuiquam sum iniuriam vnquam solitus: nec ferre contumeliam. Itaque monendus visus es: vt ceptis abstineas: ne et inanis conatus tuos tacito cogitationis conuitio tandem accuses: et mihi argumentum afferas iure vlciscendi. Quod si pristinam amiciciam nostram volutare animo volueris: nihil frustra tentabo. Preterea non te debes cepisse obliuioni: et quam locutus: et quam molitus fueris in principem nostrum prime tyrannidis tempestate. Hec si efferantur in lucem: te puto peniteat totius conatus tui. Nec longe fuerint arcescendi testes. nam et vicinia tua omnis et tui ordinis socii: et sodales item commanduconesque tui constantissima testimonia aduersus te ferunt. Paucis te monui. Tu ne mihi stomachum moueas caue. Vale mediol. ex edibus nostris. vj. idus noue.

Fran. phil. Facino forobronuncianensi S. D.

Traditum se queritur obliuioni. CLXXX

q Uod mihi abiens verbum non feceris: fecisti tu quidem inhumane: id quod non moribus tuis: qui sunt humanissimi: dandum velim quam liberalitati calabri nostri cichi: qui dum vi nummorum te obruit: facit oblitum amicicie nostre. Quare peto abs te: eum vt roges meo nomine: ne te nummosiorem efficiat: quam in amicos sis diligentior: addasque se mihi gratissimam rem facturum: si negocium meum confecerit apud principem: idque et quamprimum et ex sententia nostra. Quam ipsam rem vt etiam tu quam diligentissime cures: maiorem in modum a te contendo. Vale Ex mediolano Septimo calendas decembres.

Anno.M.cccc.l.

Franciscus philelphus Ciccho calabro Ducali Secretario Salutem dicit.

Operā amici importuni petit. CLXXXI.

r Em meā vt apud p̄ncipē cures: tāto studio te rogo: vt maiore vix aliud ꝗcquā possim. Nō ea mihi cōditio est vt morā pati liceat: id qd̄ tibi esse ꝑspicuū nō sum nescius. Noui p̄terea occupationes tuas. Quo fit: vt vel importuniorē me p̄beam. Cedit eni necessitati pudor. Itaqꝫ velim: oīa pro tua prudētia modereris. Vale. Ex mediolano. vij. calēdas decembres.

Franciscus philelphus Blondo flauio S.D.

Certior fieri petit de ꝓspero statu amici. CLXXXII

p Ercōctāti ꝗtidie sepissime de te mihi tādē ē renūciatū te ferrariā ꝯcessisse: habereqꝫ ꝓbelle. Que res me q̄nta voluptate affecerit: ꝯsiderari abs te malo q̄ dici ab me ꝗ eo te amore cōplexus sum: vt aliū magis neminē. Q̄ aūt in hāc diē nihil ad me scripseris: nō mediocrit̄ sum miratus. Nō eni es nescius: q̄ mihi iucūde esse debeant tue secūde res oēs: q̄s eque mihi atqꝫ tibi secūdas semper iudicarim. Itaqꝫ tue liberalitatis mun⁹ erit: si me feceris q̄primū certiorē de omni statu tuo: quem indies ab imortali deo magis magisqꝫ fortunari non solū cupio: sed etiā opto. Vale: ꝛ clarissimo philosopho nicolao vario ꝛ eloquentissimo viro guarino veronensi salutē meo noīe plurimū dicito. Ex mediolano Septimo calendas decembres.

Fran. phil. Ciccho calabro ducali secretario S.D.

Grata fuisse scripta amici dicit. CLXXXIII

m Et tue perhumane amicissimeq́ littere nō modo recrearunt: sed etiam mirifice refecerūt. Nec dubito que scripsisti ex animi sententia esse a te scripta: modo quēadmodū ipse benigne cupis: ita etiā reliq̄ iussa principis exequant. Uale. Ex mediolano Sexto calendas decembres.

¶ Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Suadet amico: vt etiam in senio non quiescat a studio. CLXXXIIII.

n Osti cā esse sapiētū viroꝝ sentētiā: nihil accidē pniciosius senectuti q̄ animi relaxationē. Ea eni ingenij vis quā iuuēte feruor excitabat: iam spiritali sanguinis fomēto veluti tepescēte paulatim hebet: vbi diligentia & perpetuo q̄dā studio minꝰ acuat. Itaq́ nō absurde monēt: q̄ pcipiūt esse in huiusmodi etate labores corporis minuēdos: adaugendos aūt animi. Q̄ haud scio q̄ ociosa vita pducat corpi. Uidemꝰ certe apud homerū nestorē & animi & corporis viribus eque delectari. Ego autem puto in omni etate mediocritatem esse seruandam: et ita agendū: vt nihil nimis: nihil parū. Intensionē remissione censeo condiendā. At relaxari qui velit: languide cuiusdam pecudis simillimū iudico. Quorsum hec: iampridē nihil ad me scribis vel q̄ plurimis litteris prouocatus. Nihil esse in causa aliud opinor q̄ senium. Quare te rogo: vt & tui & musarū iam incipias reminisci: mihiq́ aliquid respondere: ne vel in te senectutem accusem: vel obliuionem: vel negligentiam. Uale. Ex mediolano Sexto calendas decembres.

q Uod rebus meis vtaris familiariter: nequaquam tibi vitio do. Sed quia ita vtaris vt mihi incommodes mini me laudo. Tu mea omnia carmina ita habes apud te: vt eorum mihi nullum esse reliquum exemplum velle videaris. Itaque quod sum carminum opus aggressus: frustra aggressus videar: si ita mihi te familiarem praestiteris: vt non tua tibi solum: sed mea etiam tua esse volueris. Quod ne turpiter vsu veniat: facito mea omnia carmina ad me quamprimum redeant. Reliquisti enim eorum apud me nihil. Uale. Mediolani ex edibus nostris Sexto calendas decembres.

Franciscus phi. Baptiste scace barocio S.d.

Carmina iterum reddi sibi postulat. CLXXXVI

q Uantum video intelligere mauis te dauum haberi quam edipoda: qui tamen vterque dici possis. Carmina inquam mea mihi quamprimum reddito. Qui si mee litterarum note fortasse te delectant: tuis etiam ego contentus sim. Qui si neque mea ad me dederis: nec alia ratione satisfeceris officio tuo: iure mihi vel castigandus vel aptius monendus videare. Uale. Mediolani ex edibus nostris Pridie calendas decembres.

Franciscus philelphus Andree alamanno S.d.

Litteras amici laudat: eumque ad virtutem hortatur. CLXXXVII.

q Uo te magis in dies prospicio: eo mihi humanitas tua ingeniique fecunditas dilucidior fit et clarior. Me tue proxime littere mirum in modum delectarunt: quippe quae non minus amoris plene summi erga me tui quam disertissime vise sunt. Il-

lud aūt mihi molestū fuit: ꝙ he ꝑuenerint ad me quo tp̄is momē-
to vir integerrim⁹ religiosissimusq̧ sacerdos frater marian⁹: is q̄
tibi hanc reddidit epistolā erat ꝯtinuo decessurus ad vos. Itaq̧
non potui quod voluissem ad ea respondere: que tum de virtute:
tum de fortuna locutus es. Sed respondebo postea cū quid ocij
nactus fuero: et si hoc mihi vix vnquā datur omnino. Interim te
moneo atq̧ hortor: vt nihil existimes humanis in rebus vni vir-
tuti anteponēdum. Hec enim sola viget: sapit: estq̧ imortal. Re-
liqua omnia ꝛ vana sunt ꝛ fragilia planeq̧ caduca. Quod si tecū
diligēter aīo volutabis: tibi salmacis datura sit spolia: nō tu illi.
Aristotelen de re domestica vehement expecto. Aretin⁹ ioannes
is qui tuas mihi lrās reddidit renūciabit noīe tuo
esse amantissimum mei: id quod sum-
ma cum voluptate audiui. Uale. Ex mediolano Quarto nonas
Decembres.

Franciscus philelphus Sphortie secūdo S. D.

Promissa confectum iri petit. CLXXXVIII

Peto abs te in maiorem modum: vt quod ꝛ mihi coram
recepisti: ꝛ ex proximis meis litteris audire potuisti:
id apud patrem tuum prestantissimum ꝛ munificentis-
simum principem ꝙprimū ꝛ ꝙoptime cōficias. Hac mihi re neq̧
gratius quicquā neq̧ magis necessariū prestare potes. Uale. Ex
mediolano Pridie idus decembres.

Franciscus philelphus Sphortie secūdo S. di.

Ad idem. CLXXXIX

Anno.M.cccc.l.

p Etij abs te primis lris: fm q etiã nunc & tertiũ peto: & te q̃s si pateris rogo: vt rẽ meã apud p̃ncipẽ nostrũ munificẽtissimũ patrẽ tuũ: vbi min⁹ ɔfeceris: ita cõficias vt mihi abiens corã recepisti. In hunc diẽ neq tu rñdisti q̃cquã: nec ex alio sum certior fact⁹ quid egeris aut nõ egeris. Itaq aut rñde q̃ primũ: aut equũ mitte q̃ vehar ad vos. Nã si ad vos venero: facile futurũ suspicor: ne vacuus mediolanũ repetã: p̃sertim cũ iã instet natal' christian⁹: q̃ p̃ncipes solet ad bñficẽtiã exhortari. Uale. Ex mediolano. xv. calendas ianuarias.

Franciscus philel. Nicodemo tranchedino S.d.

Officium petit amici. CXC.

q Uod & princeps noster frãciscus sphortia tibi abeunti iusserat: & ipse ✝bis pluri⁹ abs te petij: si min⁹ in hanc diem cõficere potuisti: vt ɔficias tãdẽ cupio. Hac eni vna re neq gratí⁹ mihi quicquã p̃stare queas nec etiã iucũdi⁹. At q̃ bñficiũ illud q̃s nõ libẽter ɔferat: q̃d is in quẽ ɔferam⁹ maximi sit factur⁹: et eo tñ vsur⁹ nõ sit: Sic eni tum sum⁹ liberales: cum ex huiusmodi nrã liberalitate neq molestie neq incõmodi quicquam accipimus. Tenes quid velim. Uale. Ex mediol'. xv. calẽs ianuarias.

Franciscus philel. Fazino forobronunciano S.D.

Petit vt ad se amicus veniat. CXCI.

s I commode fieri abs te potest: huc hodie venias peto sum eni tecum quedam cõmentaturus. Quare velim ne differas neq cõmittas: vt te potius excusandũ cunctationis q̃ laudandũ properatiõis ostẽdas. Uale. Mediolani

ex edibus nostris Calendis ianuarijs. Anno. M.cccc.lj.

Franciscus philelphꝰ Joanni mario filio S.d.

Anxium se ait super valitudine ⁊ absentia filij. CXCII

Osteaq̄ a nobis abijsti: de te nihil accepimꝰ. Itaq3 nō
p possumꝰ non vereri ne quid tibi qd nolimus acciderit.
Nam hospes ille ad quem diuerteras nocte: cuius pri
mo die hinc profectus es: mediolanum modo veniens renuncia
uit te cum es apud se hospitatus visum esse e stomacho laborare:
et de caupone questū: apud quē prandisses. Quare velim: me fa
cias de te tuisq3 consilijs q̄primū certiorē. Nam si vales: qd istic
tempus inaniter teras nescio Sin minus vales: danda est opera
ne tua negligentia sis peiore conditione. Vale. Ex Mediolano
Quinto calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Laurentio gyni filio S.d.

Silentium diuturnum accusat. CXCIII.

On possum officium tuū non accusare: q tamdiu silen
n tium egeris. Nec enim mei oblitus esse debes: quē mi-
rifice diligere consueuisti. Nec etiam pythagoreus fa-
ctus es tam repente: qui elocutionis studio maxime omniū inser
uire didiceris. Nec te superbum factum esse puto: qui humanita
te ⁊ mansuetudine nemini cedas. Itaq3 nisi te iure accusatū ma-
lis: facito ꝓpediē intelligā: quid in causa fuerit: vt tanto silentio
te dederis. Vale. Ex mediolano Idibus ianuarijs.

Franciscus philelphus Augustino dato S.D.

Silentium carpit. CXCIIII

Ulla ratione adduci possum: q̄n credā te mei esse amā-
n cissimū: a q̄ sis pulcherrime institut⁹. Sed nō possum nō mirari: q̄ nihil lr̄is obstrepas: q̄ quottidie cū apud vos agerē: me pulcherrimis tuis suauissimisq; ep̄lis veluti lacesseres. Nūc vō totus es mutus: q̄ q̄ es fact⁹ lingua solutior: eo te loquatiorē esse oportuit. Uale. Ex mediolano Idib⁹ ianuarijs.

Franciscus philelphus Francisco patricio S.D.

Litteras a discipulo petit. CXCV

q Uam de te philelph⁹ sit benemeritus: eloquētie et eruditionis nomē q̄d es p̄ oēm italiā nō mediocre neq; obscurū adeptus facile declarat. Quo fit: vt nō nescius esse debeas q̄ te gratū esse oporteat. Quod eni maius in quēquā beneficiū conferri potest q̄ discipline et eloquētie: quibus rebus non modo ceteris omnib⁹ animātib⁹: sed ipsis quoq; prestam⁹ hominibus qui nihil supra hominem sapiūt. Desidero igitur officium tuum in his rebus quibus a nobis vel institutus es vel cōfirmatus: ni tacendi fortasse q̄ loquēdi artem profiteri malis. Uale. Ex mediolano Idibus ianuarijs.

Fran. phi. Blasio axeretensi Equiti aurato S.D.

Plantas sibi mitti petit. CXCVI

i Am ver est in limine. Itaq; a te peto: vt q̄s hieme plantas illas ficulneas ad me dare veluti peritior agricola noluisti: nūc tādē dare incipias. Nisi fortasse: q̄d nolim: moleste feras res vllas bonas fore tibi cōmunes cū alijs. Nā si plurib⁹ te rogari cupias: nō possum nō vereri: ne vel inuidie vel obtrectatio

nis sis accusandus: quas quidē ꝑturbationes indignas arbitror magnitudine animi tui. Cupio itē plātas prunorꝫ damascenorꝫ: Uale. Ex mediolano Quarto nonas februarias.

Franciscus philelphus Joanni aurispe S.D.

Librum serio petit sibi reddi. CXCVII

p Ollucem meū videre cupio. Nam eius mihi presentia vehementer est opus. Quare ne istū patiaris apud te diutius hospitari: maiorē in modū abs te peto. Uale. Ex mediolano .xij. kalendas martias.

Franciscus philelphus Laurentio valle S.D.

Consilium mutatum ab amico miratur. CXCVIII

a Udio te reliquisse alphonsum regem: et esse rome. Nec dubito te nihil pro tua prudentia fecisse temere. Miror autem cū ab alphōso honorifice: et vt accepi cōmode tractareris: qd rome q̄ꝫ neapoli hoc tpe vitā agere malueris: ꝑsertim cū nō sis nescius: qs fluctus nauigaturꝰ sis. Nō eni ociosum te esse patiant: qui viros bonos eruditosqꝫ insequi vel absentis ꝯsueuerunt. Tibi aūt vt oīa secūda sint plurimū opto. Uale. Ex mediolano .xij. calendas martias.

Franciscus philelphꝰ Francisco barbaro S.D.

Hortat amicū: vt libros tādē reddat. CXCIX.

i Am pudet me repetere toties libros illos: qs cū ꝯstātinopoli agerē ad te dedi. Uideo eni ad id te nihil oīno in hanc diē respōdere. Nec satis intelligo sentētiā animi tui. Nō eni idcirco tacere te existimo: q meos mihi libros nolis restituē.

Noui enī ꝛ grauitatem ꝛ constantiam tuam: noui fidem: noui integritatem. Ad hec eā ēs altitudine animi: ea quam greci megaloprepian dicunt: nostri ꝟo magnidecentiam recte nominēt: vt non modo que aliena sunt nolis inuito dn̄o: sed etiā tua q̄ munificentissime in alium conferas: presertim cum quem tui esse obseruantissimū non ignores. Itaqꝫ te mi humanissime barbare rogo etiā atqꝫ etiā: vt meos mihi libros: q̄ iam annos triginta hospitati apud te sunt cōtubernal' efficias: ꝛ id hac q̄dē lege: vt quē codicē ex omnib' magis adamaris: eum tibi perpetuū esse atqꝫ tuū velim. Uale. Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Fran. phi. Angelo reatino iureconsulto Sa. D.

Pollicita maturari desiderat. CC.

Quod de meo negocio cum ciccho simoneta verba feceris: est mihi gratissimū: sed eo gratius futurū: si breui et vt decet: quod perhumaniter cicchus est pollicitus: cōficere ipse perrexerit. Nullo enī modo recte consultum est reb' meis tādiu tēpus terere. Annus enī preterit posteaqꝫ optim' pnceps noster huius florētissime reipublice est potitus: qui q̄q̄ munificentissimus in me est: ego tamen adhuc de statu meo incertus sum. Et res mea domestica est adeo attenuata diuturnitate bellorū ꝛ victus charitudine: vt ad tenuitatē accedere nihil queat. Nec principis glorie: nec laudi mee conducit esse philelphū animo egro. quod tādiu sit necesse est: quoad egere desierit. Nā egestatem nimiam muse abhominant: qua lete esse nō possunt. Uale. Ex mediolano. xiiij. calendas martias.

¶ Franciscus philelphus Ciccho simonete Ducali secretario Salutem dicit.

Expedire petit qd in rem suam sit. CCI.

e Go te plurimū rogo atq; oro: vt rem meā iam tandē expedias. Nihil enī prudenti viro stultius duci puto: q̄ sibi ac rebus suis nescire ꝯsulere. Nec enim mihi semꝑ pēdendū est. Ita esse vt sum: neq; principi cōducit nec mihi. Vale. Ex mediolano. xij. calendas martias.

Franciscus philelphus Jacobo camerinati S.D.

Librum repetit. CCII.

l Alis marci tullij ciceronis orōnib⁹ q̄s a me cōmodato accepisti: vti iā cupio. Itaq; eas velim ꝑpediē ad me des. Nā iādiu tuo hospitio vse sunt. Quare facito domū repetāt. Vereor enī ne dn̄m sint oblite. Q̄ si tardarint extrude. Vale. Ex mediolano. xij. calendas martias.

¶ Franciscus philelphus Blondo flauio Apostolico secretario Salutem dicit.

Lrās nōdū se accepisse. Deinde statū suū significat. CCIII

g Audeo q̄ scribis te meas atteuertisse lrās: et si tue: quātū video: intelligere: vtunt adhuc incessu testudineo. Nōdū enī aduētarūt. Quare vide ne fides in fido illo nūcio desideranda sit. Q̄ aūt de statu meo certior fieri vis: hic me princeps singulari beniuolentia est cōplexus: cumulatq; q̄tidie maiorib⁹ bn̄ficijs. Hieronym⁹ gener reliquaq; familia nr̄a bene habet. De strabone nihil est q̄ laborem⁹. Amicus enī ille eū habē se pnegat. Istic est apud aurispā eiusmodi. Strabo geographus

et vt audiui apud guarinū. Si quē habē potes: cōmodato mittē ad me: ꝛ ad triduū vsqꝫ faciā qd̄ cupis. Te nrō pncipi ꝗ̄ diligētissime cōmēdaui: q̄ tū iucūdissime de te audiuit: tū rn̄dit ꝓhumaniter ꝛ ꝓbenigne. Vellē: qd̄ scribis: vno essem⁹ atqꝫ eodē loco: q̄ alter altero frui assidue possem⁹. Nā cū studioꝝ ꝛ moꝝ silitudo: tū ꝯsilio ꝝ cōmunicatio ꝛ ꝯuictus assiduusqꝫ vsus amiciciā maxime nō tuet̄ solū; sed auget ꝛ suauiorē efficit. Qꝫ te tantisper ad agriculturā contuleris dum ver adolescere incipiat laudo: modo pyri iste quas inseris ꝛ consitiones vitiū vbertinū fructū aliquē breui sint allature. Cū italiā tuā omni ex parte exornaris: fac videā. Vale. Ex mediolano Quarto calendas martias.

Franciscus philelphus Sphortie secundo S. D.

Dicit se nihil accepisse promissi. CCIIII.

p Ollicit⁹ es nō mō nō peteti mihi; sꝫ ne cogitāti qdē te dono daturū nescio qd̄. Itaqꝫ nolim te falli opinione tua: vt itelgas nihil esse mihi redditū tuo noie: nec itē alteri⁹ cuiuspiā in hanc diē. Quare facito ne vel obliuionis accuseris vel negligentie. Nā vtrūqꝫ crimen tua preclara indole est indignū. Vale. Ex mediolano Quinto idus martias.

Franciscus philelphus Francisco patricio Sa. D.

Amari se letat̄; ꝛ redditurū se spōdet. CCV

e Xlris xenophōtis filij liq̄do cognoui: qd̄ minime dubitabā; singularē erga me tuā beniuolētiā. Letor aūt vehement̄: ꝙ vet⁹ illa de te mea me neq̄quā fefellit opinio. Itaqꝫ vt intelligas me vi amoris nō vinci abs te; decreui omnino ad vos

redire: modo equa conditione fieri a me possit. Tuum igitur munus fuerit: vt quod cepisti sponte: id etiam mea causa perficias. Xenophon reliqua tecum cõmentabitur. Ego patrem tuum grauissimũ & optimũ virum bene valere opto. Uale. Ex mediolano. Pridie calendas apriles.

Franciscus philelphus Antonio michaeli Equiti aurato Salutem dicit.

Laudat amicum qui se amat. CCVI

Gaudeo equidem plurimũ: quod non solum in rei pecuniarie: sed in amicorum etiam hereditatem succedere institueris patri tuo clarissimo et sapiẽtissimo viro: qui cũ mihi tanta familiaritas beniuolentiaque fuit: vt maior cuiquã esse posset cum nemine. Nam filius xenophon litteris mihi significauit: quãto studio ac fide operam das: vt me coram perpetuo vti atque frui possis: imitatusque humanissimũ patris igeniũ eque me diligis atque ille cõsueuit. Itaque gratias tibi habeo maximas. Ut autẽ intelligas me tibi in amore nulla ex parte cedere: xenophon filius quid ego decreuerim ire in sententiam tuam tibi coram exponet. Uale. Ex mediolano Pridie calendas apriles.

Fran. phi. Bernardo iustiniano Salutẽ dicit.

Accusat quendam rare scriptionis. CCVII

Qotiens accipio tuas litteras: totiens leonardũ meũ patrem tuum vel potius nostrum clarissimũ & prestanti sapientia virum video: coram aspicere: eundẽque mutuo et audire et alloqui. Que quidẽ res cum summã mihi afferat

voluptatē: facile debes intelligere q̄ mihi molestū sit: cū etiā bis et iterū inuitatus interdū nihil respōdes. Ad resurrectionē christianā: id qđ hortaris: te visere institui: modo id mihi facē liceat ꝑ principē. Quare qđ facto fuerit opus: corā vna cōmētabimur. Uale. Ex mediolano Pridie calendas apriles.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Silētiū accusat: ⁊ lrās petit. CCVIII

i Am menses ꝓpe duo ꝑterierē: posteaq̄ nulle mihi tue lrē sunt reddite. Itaq̄ sum miratus ⁊ tuū ⁊ bernardi iustiniani silentiū. Si mihi quicquā facturus es qđ gaudeā: maxime cura vt propediē litteras tuas q̄ꝫlōgissimas lectitem. Uale. Ex mediolano Quinto calendas ianuarias.

Frāciscus philelphus Xenophonti filio S.D.

Salarium duplum petit vt redeat.

q Uod senenses reditū ad se meum vehemēter cupiunt gaudeo. Omniū primū tibi videndū est quāti faciant meū reditū: vt intelligas me nulla ꝯditione senā repeciturū: nisi duplo mai⁹ mihi salariū eo ꝯstituerint quod antea prestitissent. Uale. Ex mediolano Quarto calendas ianuarias.

Fran. phi. Enico dauolo Equiti aurato S.D.

Diligere se ait amicum: ⁊ semper dilecturum. Etiam suum pollicetur aduentum. CCIX.

q Uantā mihi voluptatē attulerit tua illa ꝑgrauis dissertissimaq̄ ep̄la: quā nudiusquartus a te accepi: et si debes

alijs litteris meis intellexisse: tamē quia fit interdū vt littere nō reddantur: idcirco eadē rursum ab me significatū iri existimaui. Quanti ego semp̄ fecerim beniuolētiā tuā: iā totos annos duodecim cognouisti. Itaq; amabā te atq; colebā plurimū solo egregie virtutis tue īteruētu. Aliud beneficiū ītercesserat nihil. Nūc aūt cum video quāta me benignitate ꝓsequeris: potes facile cōiectare quātus cumulus accesserit ad obseruātiā erga te meā. Nihil est ꝑfecto qđ magis cupiā: q̄ id p̄stare: vt q̄ dilucidissime perspicias: me vnū esse semp̄q; futurū: quo de vno ea tibi possis oīa polliceri que de gratissimo ⁊ obseruandissimo hoīe exspectari cōueniat. Aduentū aūt meū ad alphonsum regē maturabo: simul atq; librarius satyrarū codicē quē cepit exscripserit. Tu me interim et regi commenda et tibi. Uale. Ex mediolano Tertio calendas Junias.

Fran. philel. Enico daualo Equiti aurato S. D.

Pestilentiam ait incrudescere. CCX

c Epit mediolani adeo pestilentia incrudescere: vt non possim mihi non metuere. Itaq; nihil est quod obmittā ad paradū iter ad te: modo librarius nō me fallat: ad secundum vsq; mensem aut paulo amplius te videbo. Uale. Ex mediolano. iij. Idus Junias.

Franciscus phil'. Mariano sacerdoti S. D.

Certior fieri petit de commissis. CCXI

q Uid ī causa fuerit: vt posteaq̄ hinc abijsti nihil de his responderis que tue fidei pro amicicia nostra mādarā nō prius intelligā q̄ ipse tu me feceris tuis litteris cer-

tiorem. Quare si me nũc quoq; diligis vt antea ↄsueuisti: a te peto: ne me lõgius teneas desiderio tuarũ litterarũ. Vale. Ex mediolano Pridie idus Junias.

Francisc⁹ philelph⁹ Antonio panhormite S. D.

Commendat amicum. CCXII

S I qua in re xenophõti filio fuerit opus tua opera: scio te nihil eorum pretermissurũ omniũ que mea interesse cognoris. Quis eni est: cui q̃ tibi charior eẽ debeam? Nam ego te nõ secus diligo amoq; ex animo ac fratrẽ: id qđ tibi nisi ex omni parte est cognitũ: qđ esse cognitũ possit nõ intelligo Vale cũ pudicissima vxore tua pulcherrimaq; filiola. Ex mediolano Pridie idus Junias.

Franciscus philelphus Enico dauialo Equiti aurato Salutem dicit.

Loqui se ait per eum qui litteras pertulit. CCXIII

X Enophon filius ad te venit: ex quo mentẽ meam oẽm itelligas. Quare quicq̃d meo tibi noĩe exposuerit: ita accipe: ac si me coram loquentẽ audires. Verba enim filij patris sunt omnia. Itaq; me totum in Xenophonte apud te esse existimato. Te aũt rogo: vt idẽ in me sis qui fuisti semp: hoc est et facilis ꝛ humanus: ꝛ quantũ ad regem attinet per benign⁹ Reliqua ex ipso xenophonte cognosces. Vale. Ex Mediolano Pridie idus Junias.

Franciscus philelph⁹ Francisco barbaro S. D.

Nihil qd scribat occurrisse ait. Item de podogra. CCXIIII

q Uerenti mihi litteras ad te dare quas lecturꝰ libenter fores: nullū sane consentaneum musis ocurrebat argumentum. Nā quid aliud philelphus dignus scribat ad barbarū ꝙ̄ de humanitatis studijs. At hec scilicet apud nos sordent. De rebus vo bellicis quas video quotidie impēdere ardētioris: nō est mei muneris quicquā obstrepe. Qꝛ aūt acceperim te ex pedibꝰ laborare: nō potest mihi pro nostra summa beniuolentia non esse ꝑmolestū. es eni indignꝰ q quicquā patiaris qd nolis: ꝑsertim cū sis vita ꝯtinētissima: ni fortassis iste sit morbꝰ ab vsqꝫ maioribꝰ tuis hēditariꝰ. Nā podagra vt hippocratis sentētia ē fit ex eo sanguie quē bilis ac pituita corruperit: ⁊ id qdē in venis gracillimis: quibꝰ corpꝰ vt pnecessarijs carere nullo pacto potest At ipse tu nulli es bili obnoxius: qui vnus omniū sis moderatissimis moribus: sed ne pituite quidē: qui nulla sis nec ingenij nec corporis crassitudine. Quare cū istiusmodi offensio a parētibus in te insit: fer equo animo hereditatem. Uale. Ex mediolano Pridie idus Junias.

Frāciscus philelphus Nicolao arcimboldo Ducali senatori ac iureconsulto S. D.

Promittit se curaturum omnia. CCXV.

n Ji tibi viro integerrimo: ⁊ eruditissimo homini: ⁊ cū rerū mearū omniū: tū meiipsius in primis studioso gratificer omnia q prestari a me queant: sim plane ingratꝰ. Faciā igit qd tantopere efflagitas: ⁊ id quidē nō libenter minus ꝙ̄ diligen-

ter. Ceterū nosti occupatiōes meas: quibus si voluntatē meam cōparaueris: haud me cunctationis accusabis. Studebo tamen annitarq; manib⁹ ac pedibus: vt aiunt: vt diligētia oēm superet necessitatē. Vale. Mediolani ex edibus nostris Idib⁹ Junijs.

Franciscus philelphus Donato actiolo S.D.

Nomina librorum venalium desiderat sibi scribi. CCXVI.

Ccepi esse apud vos quosdā priscos de arte grāmatica
a libros: quoꝝ velim nomina ad me scribas. Nā quibus
hoc tēpore in publicis ludis greci vtūtur libris: pleni sunt ineptiarū: ac plane tales: vt ad dediscēdū sint q̄ ad discēdū lōge magis accōmodati. Tu fac quod peto ac vale. Ex mediolano Idibus Junijs.

Franciscus philelphus Catoni sacco Equiti aurato ac iureconsulto Salutem Dicit.

Arguit amicum auariusculum factum. CCXVII

Iunt te mi cato factū auariusculū: qđ plurimū miror.
a Nam cui paris pecunias tuas: q̄ liberos ne gigneres
vxorem mathusalē tibi matrimonio iūxisti: Fratri ne: At ille est lōge te stultior: q̄ a tuo ꝯspectu nō secus fugit q̄ si basiliscum intueret. Num te podagra idcirco in auariciā agit: q̄ metuas fore: ne si leges docere ⁊ ius ciuile cogaris deserere: ad pauperiem pristinam redigare: q̄si tibi non propterea iunxeris locuplete anū vxorē: q̄ nūmos liberis pretuleris. Viue igitur vt consueuisti liberalit̄: neq; tibi pauperies metui sit. Nullus eni vehemētior dolor vacat febre: que vna te breui: ni sapias: omni exuet

cura. Vale. Ex mediolano Idibus Julijs.

Franciscus philelphus Andree alamanno S.D.

Commendatio ironica ac ridicula. CCXVIII

D Emetrius sguropulus istac iter facturus in vrbē romā petijt a me: vt se tibi per litteras commendarē. Quod mihi tā facile est q̄ q̄d facillimū. Nō itelligas eū esse demetriū: q̄ cū grauitate ac vero nihil habuerit cōmune vnquā. Ex librario nō inepto: quātū ad formā litterarū attinet: vult videri philosoph⁹: id q̄d ex ornatu capitis lōgioreq̄ pallio tibi facile fuerit iudicare. Nā neq̄ vite institutis: neq̄ doctrīa vlla philosophi q̄cquā sapit. Verū ligua est ⁊ celeri: ⁊ expedita: ⁊ suaui: vt grecorū nemini cedat. Voce quoq̄ ⁊ clara ⁊ sonora. Rem oēm tenes. Ita tibi hominē cōmendo: vt illi adsis: ⁊ tecum habites. Vale. Ex mediolano Idibus iunijs.

Franciscus philelphus Benedicto nursino philosopho ac medico Salutem dicit.

Pestilentiā se timere ait: ⁊ consilum petit. CCXIX

N On esse possum sine p̄magna sollicitudie animi ac molestia ob hunc pestilētie morbū quo vniuersa correpta ciuitas in assiduis innumerabilibusq̄ funerib⁹ ⁊ dies cōsumit et noctis. Neq̄ satis scio quid consilij capiā. Nā sine liberis vniuersaq̄ familia hinc decedere ⁊ inhumanū sit et dedecorosum oino. Diutius vo versari inter tot ac tātos ineuitabilium sagittarum ictus est hoīs nō minus dissoluti q̄ insipiētis planeq̄ insani. Preterea ⁊ quo sim p̄fecturus: ⁊ quo pacto: q̄ ⁊ pecunijs careā: ⁊ ab omni fortasse vrbe metu contagionis excludar. Peto igit a te mi

benedicte: vt tuis me prudentissimis cōsilijs adiuues. Vale. Ex mediolano Idibus iunijs.

¶ Franciscus philelphus Angelo reatino iureconsulto Salutem dicit.

Pestilentiam incrudescere ait. CCXX

Et princeps abest mediolano: & pestifer hic morbus incrudescit indies magis atq; magis. Nec mihi integrū est: maneam ne an abeam: ita sum & aīo pturbato: & cōsilij egens in tanta psertim rerū mearū omniū difficultate & inopia. Accedit item ad malū: q edicto pncipis cautum audio: ne quis mediolano decedens in loca alia admittatur eius ditioni subiecta. Rogo te maiorem in modum: mihi faciunda vt q̄primū consulas. Vale. Ex mediolano Idibus iunijs.

Franciscus philelphus Ciccho simonete S. D.

Paupertatis incōmoda narrat: & ōsuli sibi petit. CCXXI.

Deus illis vel mortuis sit iratus: qui primi auro & argento preciū statuerunt: vt qui caret alterutro: inutilis vt ita dixerim habeat. Quod nunc mihi video accidisse. Quāto versor in periculo atq; discrimine inter hec pestilentie iacula tute vel reticente me animaduertis. Si mihi adessent pecunie: permultos haberē fautores & salutis & dignitatis mee. Sed quoniā illis careo: preter te vnū virū optimū & hominē mihi amicissimū ceteri omnes alij negligunt: alij contemnūt. Nec tamen tibi persuadeas volo: me frangi animo: aut aliud quicquā humi

lius de me sapere. Quin eorum potius misereor: qui in hominis figura vitã pecudis representant. Velim tamen pro nostra amicicia mihi cõsulas: q̃ sit tua de rebus meis sententia. Nã nec diutius mihi agere licet mediolani: propter inualescentẽ indies magis atq; magis incrudescentem pestilẽtie vim & efferatã rabiem: nec alio secedere indigẽti pecuniarũ. Littere enim ducales nihil omnino mihi profuerũt apud hos ediles: hoc est prouentuũ ducalium magistros quos vocant. Ni metuerem fore: vt offendam principis voluntatem: abirem extra hanc galliam cisalpinam tutioris in locos. Vale: & p̃ncipem hortare: vt meminerit mei. Ex mediolano Idibus iunijs.

Franciscus philelphus Nicolao cebe S. D.

Cur breuis sit indicat. CCXXII

r Espondi nudiustertius tuis litteris. Itaq; in presentia breuitate sum vsus: p̃sertim q̃ xenophõ filius istuc iret: qui tecum meo nomine verba facturus esset. Venit enim vt iohannem marium fratrem comitetur mediolanum. Huic velim mea illa communia ad me des. Vale. Ex mediolano Idibus iunijs.

Franciscus philelphus Petro perleoni S. D.

Filiũ ad se rediturũ significat. CCXXIII.

p Uto audiuisse te instituisse ioannẽ mariũ filiũ ad nos reditũ facẽ. Quare petijt p lrãs xenophõta genuã: qua iter factur⁹ est q̃ primũ mittere: q̃ se comitet mediolanũ. Reliq̃

xenophon ipse fili⁹ meis vbis tibi corā narrabit. Ego arrhianū vehemēter cupio. Uale. Ex mediolano Idibus iunijs.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Stomachatᷣ se lrās ad se datas nō accepisse. CCXXV

Um ceteris in reb⁹ me tue pxime lrē plurimū delectarunt: tum eo nō mediocritᷣ pturbarunt: ꝙ publice fidei lrās significabas iā supra secūdū mensem missas ad me a bernardo iustiniano viro patricio ꝛ mihi amicissimo. Fateboꝛ tibi ingenue: q̄ antea fuit opinio mea. Instituerā vt scis ad resurrectionē christianā ire ad vos. Itaqꝫ me pararā q̄tidie lrās vr̄as auidissime expectans. Sed vbi aduenit ꝯstituta dies: nec ego ex te nec ex alio quoquā amicoꝝ video q̄cquā epistolarū: cepi mecū vehemēter stomachari: atqꝫ irasci mihimet: q̄ oīno frustra amarē Itaqꝫ decreuerā nihil posthac ampli⁹ ad vos scribē. Sicqꝫ distuli cōplusculū tpis: vt nosti. Deinde cū refrixisset excandescētia: ꝛ amicicie vis rursus cōcaluisset: nō potui me ꝯtinē: q̄n aliq̄d tecū obstreperē. Nūc re quā scribis diligentᷣ ꝯsiderata: q̄d iudicatur⁹ sim nescio. Unū aūt cupio: vt me facias q̄primū certiorē: quinā ille fuerit: cui bernardus lrās ad me dedit. Reliquum est: vt alie parentᷣ publice fidei littere: quib⁹ tēpus duoꝝ mēsiū sit p̄fixū atqꝫ incipiat ad. xvii. calendas septēbꝛes. Ad id enī tēpoꝛis instituī pculdubio vos visere: id q̄d me tuto facturū volo. At nolim mihi obesse possit: ꝙ iam diu in his sum quibus cū tā dura bella gessistis. Sū aūt iturus ad alphōsum regē. Quare diuertā ex eo

ad vos itinere. Uale. Ex mediolano.x.calendas Julias.

Frācisc⁹ philel. Enico daualo equiti aurato S.D.

Cōquerit se lrās nō accepisse: et vēturū se spōdet. CCXXVI.

s Um certior factus a gabriele mirabili: qui mō istic me diolanum orator rediit: dedisse se tibi alias ad me lrās circiter calendas februarias: q̄s ego vidi nusquā. Nec alie omnino ulle ex te mihi reddite sunt littere: pter eas quas ex puteolis ad.xvij.calendas maias ad me dedisti. Itaqꝫ nihil tibi mirādū est: si nullū a me respōsum accepisti. Nā quid scripseras scire non potui. Ad proximas autē respōdi. Nūc autē habeo noui nihil. Satyrarū codex assidue exscribitur. Si prius nequero: ad augustū saltē iter omnino ad vos capiā. Ante id tēporis nullo pacto licet. Uale. Ex mediolano.x.calendas Junias.

Franciscus philelphus Catoni sacco equiti aurato ac iureconsulto Salutem dicit.

Laudat amicum. CCXXVII.

x Enophon filius corā tibi exponet quid fieri abs te velim. Tu aūt facies scio qđ semp ꝯsueuisti ⁊ amice: ⁊ recte. Ego ad augustū sum ad alphōsum regē iter facturus: ab eodē scilicet inuitatus. Reliqua ex ipso xenophonte cognosces. Uale. Ex mediolano Quarto calendas iunias.

Francisc⁹ phi. Enico daualo Equiti aurato S.D.

Litteras petit. CCXXVIII.

q Uod modo.x.calēdas iulias ad te scripsi: hinc ad vos iter capiam ad ꝓximū sextilem. Interea ꝟo tēporis satyrarū codex: quē regi dono datur⁹ sum; luculētissime

exarat. Tu velim operā des: vt regie familiaritatis littere quarū comitatu interproficiscēdū vtar: q̄primū eant ad me. Audio istic esse venetoꝝ oratorem: cuius tu hac in re opera vti poteris: ea scilicz: vt istiusmodi litteras ad egregiū medicū petrū thomasium: qui venetijs agit: ⁊ mihi est familiarissim⁹: q̄diligētissime perferēdas curet. Is enī est a me iā cōmonefact⁹: vt eas litteras cū primū acceperit mittat ad me. Tu me iterea diuo alphonso tibiq̄ȝ commenda. Vale. Ex mediolano pridie calendas iulias.

Franciscus philelphus Ciccho simonete S. D.

Conqueritur pecunias se non recepisse. CCXXIX.

Ernis lr̄is meis esse debes certior factus: me neq̄ȝ papie neq̄ȝ mediolani rem pecuniariā: quā decreuit princeps: cōsequi potuisse. Nā et papiēses ⁊ mediolanēses magistrat⁹ nullas sibi pecunias esse responderūt. Id aūt quanto mihi incōmodo sit vl' me reticēte cognoscis. Itaq̄ȝ tue erit humanitatis: ita ad hos mediolanēses scribere: vt itelligāt: se sua falli oportere opinione: qui volūt se plus posse q̄ȝ principē. Vale. Ex mediolano pridie calendas iulias.

Francisus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem Dicit.

Desiderium visendi amicum insinuat. CCXXX.

Am quartū ad te scripserā: posteaq̄ȝ nulle reddite sunt littere tue. Postea v° nihil accidit q̄d tua interesse arbitrarer: preter incredibile desideriū meum visendi tui: quod indies magis magisq̄ȝ augescit. Hoc autē me leuare tui est

officij. Vale. Ex mediolano.xv.calendas augustas.

Frācisc9 phil. Enico daualo equiti aurato S.D.

Venturum se dicit: et litteras regis expectat. CCXXXI.

Propinquat iam Augustus: quod ad tempus me ad
a vos venturum antea scripseram. Satyrarum codex fe
stinat ad calcem. Ego litteras regias quibus de antea
ad te scripsi vehementer expecto. Vale. Ex mediolano Decimo
quinto calendas augustas.

¶ Franciscus philelphus Petro perleoni S.D.

Excusat se apud amicū: et ei negociū dat. CCXXXII

Quesiui diligenter: vt tibi: quem cupis: laboris socium
b aliquē inuenirem. Nemo hic est in presentia: qui istius
modi prouinciam velit. Nec tamen dubito fore; vt cū
melius res hic habuerint: non se aliquis offerat: quem ad te mit-
tam. Interim cura tu valeas cum sponsa: et ad me arrhianum hi-
storicum q̄primum des. Ad hec velim dicas nicolao cebe homi-
ni amicissimo verbis meis: vt curet: si me amat: mea ad me con-
uiuia propediem dare. Cupio enim illa mecum ferre in hoc meo
ad alphonsum regem itinere. Si alius fidus nuncius non occur-
rerit: saltem tabellarius mercatorum deesse nō possit: cui quicquid
nūmorū p̄miserit; ipse libenter dissoluam. Vale. Ex mediolano
Quinto calendas augustas.

¶ Frācisc9 philelphus Petro thomasio phi-losopho ac medico Salutem dicit.

Silentium latenter excusat. CCXXXIII

Anno.M.cccc.li.

On possum non subdubitare: factũ esse: vt tot q̄s ad te
n dedi lr̄as intercepte sint: q̄nquidē iam sextũ scripserim
posteaq̃ nulla mihi oīno vł breuis ep̄la tua reddita est
Deus interceptorib⁹ malefaciat: q̄ me priuāt iucūdissimo fructu
sermonis tui: q̄ mihi oī melle est suauior. Itaq̃ velim cures: vt oī
ratione atq̃ arte fallentis fallas: ac me expleas desiderio littera
rũ tuarũ. Uale. Ex mediolano Septimo idus augustas.

Franciscus philelphus Petro thomasio phi losopho ac medico Salutem dicit.

Officium petit amici. CCXXXIIII

a D septimũ idus augustas: cũ iam meas lr̄as obsignas-
sem: bine mihi tue reddite sunt: quib⁹ diligētissime ple
ctis: respōdi etiā tūc tibi quantũ opus fuit. Nūc aũt abs te peto
atq̃ ꝯtēdo: ac si pateris: etiā atq̃ etiā te rogo: vt oī cura ꝛ diligē-
tia operā des: vt que mea scis īteresse: q̄ꝓ primũ ꝯficias: hoc mihi
nec gratius facere potes: nec necessariũ magis. Uale. Ex medio
lano. xviij. calendas septembres.

Franciscus philelph⁹ Joanni mario filio S. d.

Profecturum se dicit. CCXXV

n E frustra ad nos eas: hoc die mediolanũ egredimur:
petituri cremonā. Ubi tādiu futuri sumus: quoad hec
pestilentialis morbi procella conquieuerit. Uale. Ex mediola-
no Quinto idus septembres.

Franciscus philelphus Joanni mario filio S. D.

Eiectum se ex vrbe dicit ob pestem. CCXXXVI

c Um hesterno vesperi cremonam venissem⁹: essemusq̧ excepti minime inhumaniter: hodie ex vrbe eiecti sumus. In causa hoc fuit. Erat mihi serua mercēnaria ex familia non ignobili alipranda: nomine antonia: ⁊ ea quidē puella non inuerecunda. Hanc reliqueramus in cymba vna cum maria nutrice tua: vt tantisper res nostras asseruarent dum edes cōducerem⁹. Nam cū xenophonte sororibusq̧ tuis ac genero apud honestū cauponē interim diuerteram⁹. Dum post paratas edes hodie cymbam repeto: quo ⁊ res ⁊ mulierculas agerem ad edes: offendo antoniam subita pestilentie vi correptam animā efflasse: positāq̧ in ripa: ibidemq̧ maximū hominū concursum ac tumultum. Nō potui mihi non metuere in tanta hominū barbaria: sed multo magis filiabus: quas vna cum genero in vrbe dimiseram. Quid multis? Mihi in vrbem regrediendi potestas adempta est. Reliquis itē nostris ex vrbe continuo eiectis: ruri nūc sumus quod in suburbio iacet: qua itur mantuā. Vale. Ex cremona pridie idus septembres.

Franciscus philelph⁹ Leodrisio cribello S.D.

Hortat̄ amicū: vt res afferat: ne furto surripiant̄. CCXXXVII.

f I grato in me animo eē volueris: vt ⁊ esse debes: ⁊ ipse te futurū puto: curabis omnia que istinc decedens tue fidei mandaui ⁊ amice ⁊ diligenter: in primisq̧ ne quid mihi detrimēti domi fiat. Nā te haud latet: quātus nunc furū numerus propter absentiā ciuiū mediolani vbiq̧ noctu atq̧ die insidietur: vt nulle edes satis aut clause istis aut munite sint. Qua-

re tue fuerit cure ac beniuolentie erga me operam dare: ne quid nobis surripiatur absentib⁹. Vale. Ex suburbano rure cremonensi Idibus septembribus.

Franciscus philelphus Matheo pisaurensi edili curuli Salutem dicit.

Electionem suam narrat CCXXXVIII

Quod scire cupis: q̃ me humane τ liberaliter cremonenses exceperint: accipies paucis. Me aduenientem vniuersa ciuitas et vidit et honorauit egregie. Sed vbi accidit: vt mercenaria quedam mea serua pestilentiali morbo correpta vitā subito deseruerit: tumultus ingens in vrbe aduersus me exortus est: quem plebeia insania cōcitauerat. Nam qui viri nobiles atq; boni eam vrbem inhabitant: nihil huiusmodi nō modo non fecerunt: sed ne tētauerunt quidem. Sum continuo cum vniuersa familia vrbe exclusus: τ non sine magno quidē vite periculo. Vagabar in campo: auxilij omnis atq; opis expers. Nec quid consilij caperem: satis mihi erat in promptu: vsq; adeo eram animo perturbato in tam repentino insanientiū hominū motu. Tandē vbi paululum plebeius ille furor sedatus est: prestantes quidā pauci atq; boni ciues permodeste me adierūt: meq; hortati sunt: vt modice ferrem atq; equo animo plebeiam illam stulticiam: que lōge magis q̃ mihi bonis omnibus ciuibus permolesta extitisset: breui autem fore: vt illud omne erratum haud ignobili diligētia sarciretur. Meq; duxerunt in proximum quoddam suburbium: vbi rus est ac villa cuiusdā ciuis persechete. Vnde eiecto villico mihi

villa vna cum rure tradita est: tantisper incolenda: donec publica diligentia aliter mee et rei et dignitati prouisum fuerit. Ceterũ in presentia incommodius agere nihil possem. Nam omnia mihi desunt: preter culices pulicesq; et muscas. Vale. Ex cremonensi rure suburbano. xvij. calendas octobres.

Fran. phi. Christofero marliano Salutẽ dicit.

Amici presentiam petit. CCXXXIX.

Hodie cum tibi primũ facultas oblata fuerit: fac si me amas: vt te videam. Sunt eni quedã mihi tecũ cõmentanda. Preterea vacuus ne omnino venias: atramenti aliquantulũ tecũ affer. Nã atramentariũ meũ eque sitit atq; nos. Xenophon filius petit abs te aliquãtulũ vernicis. Vale. Ex suburbano rure Decimo calendas octobres.

Frãciscus philelph' Jacobo camerinati S.D.

Amicum vt se conueniat orat. CCXL.

Cupio quedam cõmẽtari tecũ. Itaq; rem mihi pgratã facturus es: si cum quid ocij hodie nactus fueris: huc te conferes: quandoquidem nos ad te ire barbaria ista non sinit. Arca illa nostra cum libris est etiam nũc sub ioue. Vale. Ex rure suburbano Decimo calendas octobres.

Franciscus philelphus Johanni iordani iuriconsulto Salutem dicit.

Lõgũ silẽtiũ accusat: et statũ suũ indicat. CCXLI

Preterierunt anni iam triginta et ampli': posteaq; nec verbo q a me nec litterarũ aliquid accepisti: nec ego itẽ

abs te. Idq non alterutrius volũtas aut negligentia vlla fecit: sed longissima locoꝝ interualla. Nã cum tu adhuc patauij operã dares iuri ciuili: ego a venetijs soluẽs in thraciã nauigaui: q̃ greca sapiẽtia factus doctior: maiori vł vsui vel ornamẽto latine lingue futurus essem. Qua vna re factũ est: vt mutua scribẽdi vicissitudine priuati iam diu fuerim⁹. Nam post annũ septimũ vbi in italiam reuertissem: et si eramus propinquiores: tamen cũ temporum quoq difficultas nobis fuisset impedimẽto: vterq siluimus. Nũc vo cum propiores facti essemus: tempusq ipsum nos mutuo ad scribẽdum hortaretur: anteuertere q̃ anteuerti malui: quo intelligeres: nullo amoris officio me posse abs te superari. Scire autẽ cupio q̃ belle valeas: et quanta me beniuolentia prosequare. Nam ego te non diligo solũ: sed ita amo: vt nihil ad cumulum addi queat. Valeo autẽ pulchre. Apud cremonenses vo ideo me recepi: quoniam mediolani: qua ipsa in vrbe domiciliũ mihi perpetuum constitui: pestilentia indies magis atq magis inualescit incrudescitq. Reliquũ est: vt q̃diu in propinquo futuri sumus q̃ creberrimis inter nos litteris quottidie aliquid cõmentemur. Vale. Ex rure cremonensi suburbano Decimo calendas octobres.

Franciscus philelphus Jacobo camerinati S. D.

Incommoda sua narrat amico. CCXLII

e Xistimo tibi ab ingenuo adolescente christofero marliano ea omnia vbis meis renũciata: q̃ a me mane corã accepit. Nihil autẽ aut temere aut min⁹ consulto locut⁹ sum. Nu

sticor eni vt nosti iam diem sextumdecimū nō solū incōmode:sed in maxima rerum omniū penuria. Quid mihi postridie sit agendū:aut vnde necessarijs rebus subueniendū:nō intelligo. Quare nō amicis solū:sed mihi etiā ipsi iam molestissim⁹ fieri incipio. Itaqꝫ summope te rogo: vt que tibi christoferus noie meo exposuit:hoc ipso die omnino conficias:quo quid facturus sim intelligam. Hodie mihi philosophica cena futura est:eaqꝫ diogenica. Postridie vo ne cū arida quidē cerere mensā mihi futurā video. Vale. Ex rure suburbano cremone Quinto calendas octobres.

Francisc⁹ philel. Mãsueto attēdulo abbati S.D.

Gratias agit de tritico promisso. CCXLIII

r Enunciauit mihi hesterno vesperi vir optimus amantissimusqꝫ tui iacobus camerinas:instituisse te mihi dono datum ire tritici sextarios decem. Que quidem res vix dici queat: quantam mihi voluptatem attulerit: ⁊ id quidē non tam ipso dono:quod sane pulcherrimum est:q̄ꝫ bonitate ac liberalitate ingenij tui: qui nullo vnquā ab me prouocatus officio volueris me tibi tam oportuno:tam benigno munere deuincire. Itaqꝫ habeo tibi immortales gratias. Tu autem tibi velim persuadeas: eum me esse futurumqꝫ indies: qui in te amando cessurus sim nemini. Triticum autem ipsum tum mihi prebendum curabis cum in vrbem venero. Nam ruri quo pacto sum vsurus:nō satis itelligo:q̄ꝫ ne in vrbe quidem fortassis eo mihi opus erit. Verum hac de re breui faciam te certiorem. Vale. Ex cremonēsi suburbano rure Quarto calendas octobres.

Fräciscus phi. Nicodemo tranchedino S. D.

Officiū neglecti subaccusat amicum. CCXLIIII

Que tibi in ethruriam abeunti pro beniuolentia nostra mandaram: nequaquam debes esse oblitus. Miratus autē sum: quod nihil postea responderis: nisi tua fortassis in vrbem romam festinatior pfectio tibi fuerit impedimēto: quo id florentie causa mea gerē cōmode nō potueris: qd tuis in cōmētarijs annotasti. Hoc si ita est factū velim in reditu ne pretermittas. Erit id mihi vehemētissime gratum. Et ne tuas litteras frustra ad me des: ego hoc tempore ago cremone: acturusq; sum forsasse donec pestilentia mediolani desierit deseuire. Jacobū triultiū disertissimū iureconsultū valere plurimū opto: in primisq; auriispā meū virū optimū & hominē doctissimū. Vale. Ex rure cremonensi suburbano Pridie calendas octobres.

Franciscus phil. Bartholomeo melio S. D.

Domū sibi conduci petit q̄ocyssime. CCXLV

Quoniam certe scio te vel ratione vel tempore ea animi egritudine: quam nō mediocrem ex obitu dilectissime sororis tue & nobilissimi viri pceperas: magna ex parte liberatum: non sum veritus vti officio tuo. Decreuerunt tui isti publici magistratus nudiustertius: mihi iam licere vrbem ingredi atq; pro arbitrio meo incolere. Itaq; mihi edes parande sunt. Hac in re tua mihi opera opus est. Cupio mihi domū conduci in tempus semestre et amplam et cōmodam. Peto igitur abs te: vt hanc pruinciam tuorum alicui deferas: idq; q̄primū. Non enim

te latet: quanto cum incommodo ruri sum. Nunq̃ equidem vidi ci rusticari: qui vel philosophari: vel aliqd liberalius agere semp cõsueuerim. Hoc erit mihi tam gratũ q̃ quod gratissimũ. Vale. Ex cremonensi rure suburbano Calendis octobribus.

¶ Franciscus philelphus Michaeli roche grammatico Salutem dicit.

Domum qualem conduci velit.
Item Ne quid significat. CCXLVI.

Diligentiam tuam non solum probo: sed etiam laudo. Facis enim & amice & liberaliter. Domum mihi conduci cupio: tum amplam: tum etiam pulchram. Quo in loco sita sit: nõ multifacio: modo locus sit honestus: ac musis: vt ita dicam: accommodatus. Quod scire cupis Ne dictio greca est: & diphthongon recipit ae: que apud grecos per ai scribit: et nisi diuidat: eodem sono enũciat q̃ apud latinos ae diphthongus quam dicimus. Nam si diphthongus apud grecos esse desierit: eodem modo profertur apud nos ai diuisa. Unde Uirgilius grecos imitatus ait. Aulai in medio libabant pocula bachi. pro aule. Nae igitur per ae diphthongon scripta significat certe: ita et vehementer: vel etiam nimis scdm quosdam. Hac autem dictione ita vtuntur latini: poete presertim comici: vt dicam symbolum strageti: atq̃ alijs verbis pluribus. Et vt veniam ad rem tuam: mihi conuenientissime dici videtur apud Therentium comicum Nae pro vehementer aut nimis: q̃q̃ nimietas a vehemẽtia non admodum differt. Cum enim inquit Faciunt ne

intelligendo vt nihil intelligant: quasi qui magis quam opus sit aliquid vel inquirunt vel speculantur: eorum numero sunt habendi qui nihil itelligũt. Tu si secus putas: vtere iudicio tuo. Ego enim neminē mihi deū facere ꝯstitui. Ita etiā tibi si sapias faciũdũ existimo. Uale. Ex rure suburbano cremone calendis octobribus.

Frãciscus philel. Augustino narinensi Sa. D.

Reuersurum se dicit papiam. CCXLVII

I Nstitui ꝯsiliũ tuũ sequi. Nã quod me cõmonueris fore nostro principi nõ ingratũ: si relictis cremonensib⁹ papiã quamprimũ cũ vniuersa familia cõcessero: puto nil temere te locutũ. Itaque in crastinũ diē hinc soluã: quod eo facio libēti⁹: neque per me accedat: vel vtilitas vel voluptas ad tuos istos barbaros: quos deus optim⁹ maxim⁹ radicit⁹ perdat: idque propediē. Domũ aũt quã pararunt: sibi habeãt: vna cũ pestilētia atque ignorãtia. Uale. Ex rure suburbano cremone Quarto nonas octobres.

Franciscus philelph⁹ Leodrisio cribello S. D.

Certior fieri cupit de rebus suis domesticis. CCXLVIII

A D sextũ idus octobres veni ticinũ: vbi ꝯtinuus sum futurus: donec mediolani clemētius celũ spirauerit. Audio quos domi ad custodiam reliquerã mulierculas: et matrē et filiã e viuis excessisse. Nec de reb⁹ meis domesticis posteaquam decessi mediolano in hãc diē audiui quicquã. Nec possum nõ dubitare: ne quid litigij per affines meos aduersus me sit tētatũ. Itaque te rogo: vt oia quę mea interesse iudicaueris: quam diligētissime odoreris: et ad me ꝯfestim scribas. Uale. Ex ticino Pridie idus octob.

¶ Fracíscus philelphus Sceue corti iureconsulto et equiti aurato Salutem dicit.

Moneri quendã petit: ne sibi molestus sit. CCXLXIX

Ambrosi⁹ gẽtilis derthonensis necessari⁹ tuus: vt ipse
a ait: multis mihi in rebus molestus est. Hũc igit velim
moneas: ne sit aduersus me importunior. Nã mihi iam
bilem mouet. Vale. Ex ticino Quinto idus nouembres.

¶ Franciscus philelphus Sceue corti iurecõsulto et equiti aurato Salutem dicit.

Silẽtiũ suũ excusat: & statũ suũ narrat atq3 ꝓpositũ. CCL.

Olim mireris: q nullas ad te lrãs dederim posteaq3 ve
n ni papiã. Fui eni in hanc diem q3 par esset occupatior &
priuatim & publice. Et q3q3 nihil etiã nunc sum nactus
ocij: volui tñ intelligeres quo in statu sunt res mee. Ego: vt scis:
idcirco mediolanũ liqui: quo me pestilentiali stragi illi surriperẽ
incolumitatiq3 seruarẽ. Itaq3 apud cremonẽses me recepi. Sed
cũ apud illos nullũ eẽ neq3 musis neq3 ꝓbitati locũ re ipsa cogno
uissem: vidissemq3 nobilitati nihil oĩno: sed abiecte sortis hoib⁹
oĩa pro libidine licere: intra q̃rtũ & vigesimũ diẽ: ex q̃ eo loci ꝯces
serã: inde solui ad ticinẽses. Cũq3 ticinũ petitur⁹ inter remigãdũ
remulco diuertissem: in portũ istũ placẽtinũ sum abs te humanis
sime simul honorificẽtissimeq3 & except⁹ & munerat⁹. Que res eo
mihi iucũdior fuit: q̃ mora illa cremonensis molestior fuerat. Ti
cinũ aũt vbi adueni: oĩ sollicitudine sum reliq̃ liberat⁹: preter eã
cui⁹ causa me a mediolaaensib⁹ auocarã. Nã cũ cetera hic me cõ-

M.cccc.lj.

moda plurimū delectant: vrbis amenitas: consuetudo ciuium: et que ad vrbanam vitam attinēt omnia: tum ipsa disciplinarum et bonarum artium studia: quibus omnib⁹ cremona est plane vacua. Sed vnum est quod me animo tranquillo esse non sinit. Pestilentia enī ticinenses laborāt etiam hi non mediocriter. Quare qui mediolani diutius cauere non audebam: Ticini idem metuam necesse est. Neq3 quid consilij capiam scio. Nam quotidie nauigare ac mutare solum: constantis hominis nequaquam ducitur. Preterea huiusmodi homines non equo animo ab iis excipiuntur: qui benignius celum incolentes bone valitudinis rationem habēt. Itaq3 hic agere institui: donec solo mediolanensi sese numen clemētius prestiterit. Tenes rem meam omnē. Tu fac vt valeas: et me ama. Ex papia Quinto idus nouembres.

Frācíscus philelph⁹ Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Responsum petit. CCLI

Quod nudiusquartus alijs litteris tibi significaui: ticinum concessi. Nullus enim oportunior locus potuit offerri mediolanensis pestilentie stragem effugere cupiēti. Nam nec licebat abire longius. Te igitur vehementer rogo: vt ad ea mihi respōdeas: q sepius in vniuersum sextilem ex meis litteris accipere debuisti. Id erit mihi gratissimū. Uale. Ex papia. xij. calendas decembres.

Franciscus philelphus Ciccho calabro Ducali secretario Salutem dicit.

Conqueritur sibi promissa non seruari. CCLII

g Raue mihi & permolestum est: ea premi necessitate: vt principem nostrum linquere omnino cogar. Quid eni frustra tam inutiliter diutius tempus terã. Video me nostro principi esse charissimũ non tam meis meritis q̃ benignitate sua. Quid eni mereri aliud studeam q̃ pro dilectione fidem pietatemq; referre? Ad apollinis cytharam muse canunt. Qualis sonus: talis etiam cantus. Nihil mihi eorum omniũ obseruatur: que vel grauissimus vel munificentissimus princeps iussit. Itaq; iam hinc incipio rebus meis consulere. Nisi breui constituta pecunia responderit: me aliorum principum eri obstringam: apud quos post anni curriculum cum primum ver aduenerit me recipiam. Sic enim veluti spe promissioneq; delusus: neq; principis glorie studeo neq; mee. Nam eger anim⁹ studiosis in rebus imortalitatẽq; molientibus recte agere nihil queat. Tranquillũ esse ingeniũ letũq; oportet: si qd aut egregiũ aut magni ex sese velit educere. Breui quid facto sit opus potes itelligere. Vale. Ex papia Quinto calendas decembres.

Franciscus philelphus Nicolao varoni S.D.

Exscribi librum petit. CCLIII

e T si ad quintumdecimũ calẽdas decembres scripsi ad te quantũ pro tempore opus fuerat: tamẽ quia sum nescius: acceperis ne an min⁹ acceperis lr̃as meas: volui rursus eadẽ tecũ agere. Pliniũ de naturali historia vehemẽter cupio. Audio hũc eẽ apud vos diligẽt emẽdatũ. Si istiusmodi exẽpli facultas mihi futura sit: idq; ferrarie curabo q̃ primũ exscribi

Nec eni dubito studiosum istic librariũ inueniri: qui huiusmodi munere sit functurus. Itaq; tui vel officij vel humanitatis fuerit vt me facias propediem certiorẽ quid de hac re possim sperare. Vale. Ex papia Idibus decembribus.

Franciscus philelphꝰ Sceue corti iureconsulto et equiti aurato Salutem dicit.

Accusat quendã perfidie. CCLIIII.

p Rocurator tuus eoꝝ que abiens iusseras egit omnino nihil. Quotidie nouã spem affert: quotidie verba dat. Qui q̃m quã de te fidẽ mihi corã sancteq; recepit: fallere sepiꝰ nõ dubitat: te amice moneo: vt vel a gerẽdis negocijs eũ auoces: vl' vt se grauitate tua nõ indignũ prestet: q̃ primũ cures. Vale. Ex ticino. xiij. calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Nicolao varoni S.D.

Respõdet lr̃is amici: eũq; laudat beniuolẽtie. CCLV

q Uas ad quintũ idus octobres suauissimas ad me lr̃as dederas: q̃rtodecimo calẽdas ianuarias mihi reddite sunt papie. Nõ eni me cremone offendẽ potuerũt. Nã id loci multo ante idcirco reliquerã: q̃m nullũ eẽt apud cremonẽses musis hospitiũ; ⁊ sum p̃terea cõmonefactus: me rem facturũ meo principi gratã: si papie tantisp agere mallem: dũ mediolani pestilẽtia fureret. Atq; fuit tua mihi ep̃la periucũda: quippe que eũ te ostẽderet: quẽ semp amicissimũ essem exptus. Itaq; nõ possum nõ letari: q̃ te itelligã amori meo nulla ex parte cedere. Nec eni moleste laturꝰ sim: q̃ te amãdo superatũ iri nullo pacto patia

ris. Uir plane philosophus es: qui tanti virtutē officiūq; facias vt ea re nolis a viro etiā amicissimo superari. At ipse quoq; mini colae omnē sim aduersus te pugnā certamēue initurus muneris pulcherrimi huius gratia. Eo eni te magis amo q̄ amer abs te: quo magis meritis tuis amandus es. Q: aūt polliceris operam tuā: si cui vel ornamēto vel vsui pnceps noster esse possit: non audio inuitus. Sed quoniā ipse ppulchre nosti: quid mihi cōducturū sit vel ad dignitatē: vel ad rem: nihil est quod te magis admonendum putem. Uale: & communi principi me commenda. Ex ticino. xiij. calendas ianuarias.

Franciscus philelph⁹ Joanni paleologo Marchioni montisferrati Salutem dicit.

Gratias agit pro beneficijs. CCLVI.

Pristinā meā erga te obseruātiam tantū nūc cumulū addidisti voluntaria tua atq; alacri benignitate: vt in te obseruādo nemini istoꝝ omniū sim cessurus: quos magis itimos et domesticos habes in primisq; chariores. Nam tametsi quicqd beneficij in quempiā cōfertur: plurimi fieri oportet: illud tamē longe pluris mea sentētia: quod nullo vacat officio: & ois: vt ita dixerim: numeros cōplectit. Dedisti tu quidem homini obseruātissimo tui nois & glorie: & id quidē tēpestiue & libenter & large: prestitistiq; ne hic diutius inutiliter tēpus tererē. At nihil prsus abs te ē ptermissū: qd meis vl' emolumētis vel honorib' cōductuꝝ opinareris. Itaq; tibi grās ago q̄ possū maxias Teq; rogo oroq; vt nullā rē esse putes: neq; puā: neq; magnā: quā

ff

nõ sim tua causa strennue: diligẽter: fidelissimeq; & cõstantissime obiturus. Uale. Ex Ticino Sexto calendas ianuarias.

Frãcisc⁹ phi. Blasio axereto Equiti aurato S. D.
Commendat quendam apud amicum. CCLVII.

q Ue nobis sunt ea: vt nosti: nobilitata iampridem & ab oib⁹ decãtata lege amicicie cõmunia eẽ oportet. Quo fit: vt pati noluerim hũc istũ a quo meas litteras accepisti amicũ esse mihi soli: quin etiã esset tibi. Idq; ipse quoq; vehemẽter optat. Et est pfecto tanta hũanitate: tanta virtute vir: vt non modo reijciendus nõ sit: sed admittẽdus potius & libẽter sane atq; honorifice admittend⁹. Reliqua eni ex eius psentia cõsuetudineq; cognosces. Uale. Ex papia. vj. calẽdas ianuarias.

Franciscus philelphus Jacobo camerinati S. D.
Iniuriam sibi factam narrat. CCLVIII.

q Uotiens mecũ repeto cremonensem illam rusticitatẽ: totiens risu magis atq; magis moueor. Nã qua stulta ratiõe cremonẽses ducebant: vt quẽ tanto videbantur opere desiderare: eũ ruri veluti relegarẽt? Nõne tibi relegat⁹ videbar cũ illinc abire nõ liceret? At metu pestilentie id egerũt: ne qui mediolano venerã: istiusmodi morbi genus mecũ afferrẽ. At lõge magis cremone q̃ mediolani pestilẽtiali morbo laborabant. Preterea quid deliquerat mea suppellex: illa et arca cũ libris ac pecunia quã in padi ripa furibus ac latronib⁹ expositã esse voluerunt? cũ nemini baiulo potestatẽ darẽt: ea in re subseruiẽdi mihi. Itaq; abeant in rẽ malã cremonẽses tui: & tu item cum istis; si di-

gnos putas quibus ignoscã. Uale. ex papia. vj. cal'as ianuarias.

¶ Francisc⁹ philel. Nicodemo tranchedino S. D.

Accusat amicum obliuionis. CCLIX

Ideo te tã diu meminisse philelphi tui dũ presens es ꝛ corã quẽ diligis ituẽris. Et si plane qd amicicie mun⁹ postulet teneres: et iã cũ abes: me tecũ eẽ ꝛ pnoctare ꝛ colloqui censeres: id quod min⁹ apud te fieri eo magis miror: ꝙ ego te semꝑ videre videor: ꝛ cõplecti: et osculari: simulqꝫ rogare quid tãdẽ actũ sit de ratiuncula illa nostra pecuniaria; ꝛ an mihi fortasse fumũ vẽdideris. ita enim videt: quãdoquidẽ ꝙ exorasse te mea causa alexãdrũ non seuerum illum: sed florentinũ ficosum istum affirmabas: nulli omnino vsui mihi esse cognoscã. Qꝫ si verconĳ turrini factũ meminisses: aut nihil temere affirmasses: aut fumo verconĳ te obnoxiũ esse iudicares. Uerum hec iocati sim⁹. Tu si me amas; cura ne nihil diutius ab amico nugatore verba detur: que nõ tam inutiliter emere: ꝙ pulcherrime vendere consueuimus. Uale. Ex papia pridie calendas ianuarias.

Franciscus philel. Nicodemo tranchedino S. D.

Officium laudat amici. CCLX.

Et si arbitror ex columbano te factũ iri certiorẽ: ꝙ mihi molestũ simul incõmodũqꝫ fuerit: ꝙ mee ille pecuniole tardius ad me ierint: te tamẽ ea de re cõmonendũ putaui: vt itelligas etiã meis litteris: nihil te potuisse hoc tẽpore mihi gratius facere: ꝙ ꝙadmodũ tẽpestiue et iucundissima simul epistola ꝛ dissolutione alieni eris adfueris. Itaqꝫ habeo tibi gra

tias: q non sis passus: diutius mihi incomodari: vel cũ aliquo labore tuo. Ficosum autẽ illũ dii deeq omnes perdãt: qui auaritie sue sorditatisq maluerit: q vel amicicie vel officii meminisse. Vale. Ex mediolano Pridie calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Materniano brasche S.D.

Officium petit amici. CCLXI

q Uod hortatus es fecimus. Puto oia nobis secũda fore si rem capescere volueris ea diligẽtia qua semp ꝯsueuisti. Id quod vt facias te plurimũ rogo. Vale. Mediolani ex edibus nris Pridie cal'as ianua. Anno a virgineo partu. M.cccc.lii

Franciscus philelphus Nicolao fregoso Genuensi prefecto Salutem dicit.

Opem filio petit redituro. CCLXII.

e Xistimo propediem fore: vt filius mihi dilectissimus ioannes marius mediolanũ rediturus faciat istac iter. Quẽ etsi certo scio abs te oia mea causa exoraturũ: tñ volui intelligeres: nihil te mihi gratius facere posse: q si dederis operã: vt ꝛ tuto: ꝛ q facillime: ꝛ q primũ ad nos eat. Vale. Ex mediolano Idibus ianuariis.

Franciscus philelphus Nicolao varoni S.D.

Certior fieri de statu amici petit. CCLXIII.

i Am diu de te nihil audio. Itaq nõ possum nõ timere: ne qd tibi qd nolim acciderit. Quare si me amas: leua me hac oi sollicitudine. Hoc mihi vix facẽ grati' hoc tpe quicquã potes. Vale. Ex mediolano Decimo calendas ianuarias.

¶ Franciſcus philelph⁹ Petro perleoni S.D.

Cōmendat amicū amico. CCLXIIII

l Aurentiū noſtrū velim cauſa mea diligas: eiq; quibuſ
cūq; reb⁹ poteris faueas: nō verbo ſolū: ſed multo etiā
magis opera. Hoc erit mihi admodū gratū. Uale. Ex mediola-
no Undecimo calendas februarias.

¶ Franciſcus philelph⁹ Joanni auriſpe S.D.

Cōmendaticia epiſtola. CCLXV

e Que mihi amicus eſt qui tibi meas reddidit lr̄as: atq;
tibi qui eas ſcripſit. Itaq; hunc etiā mea cauſa in amici
ciā volo admittas: ⁊ quib⁹ erit opus ſtudijs oib⁹ ꝓſeq̄ris. Uale
Ex mediolano calendis ianuarijs.

Franciſcus philelph⁹ Baldaſſari riſino S.D.

Cōmodare exemplar petit vt exſcribatur. CCLXVI

Ccurſius piſan⁹: cognomēto bon⁹: cū eēt ab me rogat⁹
a vt duodecim illas plauti comedias: q̄ proximis annis
ſunt in italiā aduecte e germania: mihi exſcriberet: ea-
rūq; exemplar a te peteret: reſpōdit partim ꝑhumaniter: partim
diffidēter: quippe q̄ diceret ſe mihi plibēter gratificaturū: ſed te
nemini eiuſdē exemplū crediturū. Itaq; facito ſi me amas: vt qđ
de te bon⁹ accurſius dubitarit: mēdaciū dixiſſe videat̃. Si enim
etiā intelligem⁹: q̄ ipſe de ſe verus eſſe velit. Uale cum tuberib⁹
tuis. Ex mediolano Undecimo calendas februarias.

Frāciſcus philelphus Mathie triuiano S.D.

Iuuari ſe petit litteris alterius. CCLXVII

s I me amas: sicuti certe facis: velim q̄ primū adeas Cicchum nostrū: eūq̄ roges meo noīe: vt l'ras talis det ad hos ducales rei pecuniarie magistros: q̄lis maxīe oportet. Nā hi vt sunt hoīes strēnui: nūmos semꝑ cudūt: excudūt aūt nunq̄. Palumbriana vo grauitas ne tādiu sit grauis cupio. Nā comitē lodouicū scio esse mei ꝑmemorē: sed puellaris ludicri multo magis: cui ꝑfecto si pedibꝰ caueret: lōge minorē operā impenderet. Uale. Ex mediolano Undecimo calendas februarias.

Franciscus philelphus Lodouico gonzage Principi mantuano Salutem dicit.

Cōqueritur de tarditate officij. CCLXVIII

p Roximis diebꝰ l'ras ad te dedi: quibꝰ intelligere haud obscure potuisti: q̄ mihi rem gratā: eādēq̄ admodū necessariā facturus esses: si q̄ primū ad id q̄d petierā: te humanū vt soles semꝑ benignūq̄ prestitisses. Nūc aūt q̄d scriberē noui nihil acciderat: nisi vt te rogarē: orarē: obsecrarē: id pro animi tui magnitudine efficeres: ne me cunctādo ambiguū ex certo redderes. Nā et si tua erga me delectatiōe mihi certiꝰ esse vix quicquā pōt: vereor tn̄: ne qn̄q̄ dilectio cū difficultate certamē ineat. Sz q̄ bonū difficiliꝰ est: eo chariꝰ ꝛ laudabiliꝰ duci solet. Itaq̄ si difficultatem istam: siqua tandem non tuo: sed fortune vitio apud te est: beneficentia atq̄ industria superabis: nihil apud me gloriosius: nihilq̄ magis obseruandum: colendum: predicandum te munificentissimo principe futurum est. Uale. Ex mediolano Undecimo calendas februarias.

Franciscus philelphus Lodouico caselle Sa.d.

Gratias agit ei qui filiū suū tractauit bene. CCLXIX.

n Arrauit mihi marius filiꝰ: quāta se modo humanitate ferrarie excepis: vt qꝫ nihil ptermiseris qḋ sibi pductu-rū existimasses. Habeo tibi grās: qꝛ oī in re beniuolētis-simū tuū erga me animū assidue declares. Vellē aliquā mihi oc-casionē offerri: q̄ tua cū dignitate ꝛ cōmodo meū i te amorē liqdo cognosceres. Intelligeres pfecto neminē esse: cui charior sis q̄ mihi. Quā quidē rem quoniā tibi pspicuā esse arbitror: reliquū est vt me diligere amareqꝫ pseueres. Id aūt cumulatissime tē pstī-tisse iudicabo: cū operā dederis: ne frustra ad tuū prestātissimū ꝛ ingenti animo principem scripsisse videar. Vale. Ex mediolano Undecimo calendas februarias.

Franciscus philelphus Angelo actiolo Equiti aurato Salutem dicit.

Hortaꝛ amicū ne obliuiscaꝛ cōmissionē. CCLXX

e T quid ego cū hinc essē abiturꝰ: abs te petierim: ꝛ q̄ mihi perlibenter ipse coram receperis te facturū quod petierā: tum ego memoriter memini: tum ipse oblitus esse non debes. Nam qui vnus omniū officiosissimus esse in ami-cos soles: qui fieri queat: vt mei non memineris: quem sciam tibi esse charissimū? Quam quidē meā de te opinionē: vt re presenti cōfirmes: tui est officij vel humanitatis. Mihi certe rem feceris adeo gratam: vt aliud hoc tempore gratius nihil possis. Vale. Ex mediolano Decimo calendas februarias.

Anno. M. cccc. lij.

Franciscus philelphus Xenophonti filio S. D.

Librũ petit vt suũ emendet. CCLXXI

f Acito q̃ primũ adeas meo noĩe cardinalẽ nicenũ bessarionẽ: atq̃ ab eo petas: mihi vt cõmodet in mẽsem vnũ Sextũ empericũ ex pipathetica disciplina philosophũ ⁊ acutũ ⁊ eruditũ. Nã is etiã mihi est: sed pluribus in locis: vt ita loq̃r: fenestratus. Itaq̃ ex eius codice: si melior fuerit: cupio meũ emẽdare. Sin fortasse deterior: suus emendatior redibit ad dñm. Q᷑ si suũ codicẽ pegrinari fortasse noluerit: meũ istuc: si ita maluerit: ppe diẽ mittã: modo ipse huiusmodi emendandi puinciã cupiã delegauerit. Uale. Ex mediolano Decimo calendas februarias.

Frãciscus philelphus Xenophonti filio S. D.

Hortatur filium: vt presuli obsequatur. CCLXXII

q Uod thurci constantinopolin premũt obsidione: fero pmoleste. Reliq̃ que scripsisti: me oĩa delectarũt: in primisq̃ q̃ presuli tuo charus iucũdusq̃ sis. Incumbe mi fili: ⁊ te ad istius innocẽtissimi ⁊ sapiẽtissimi viri ↄtinẽtissimos modestissimosq̃ mores effinge atq̃ cõpone. Hac vna re nec mihi facere gratius quicq̃ potes: nec tibi laudabilius. Uale. Ex mediolano Decimo calendas sextiles.

Franciscus philelphus Xenophonti filio S. D.

Hortat᷑ filiũ de libris inquirẽdis. CCLXXIII

a D decimũ calẽdas sextiles fil' cũ meis l̃ris ad pontificẽ mantuanũ scripsi etiã tibi q̃ntũ p id tp̃is tua ĩteresse nostraq̃ videbat᷑. Nũc aũt qđ volo paucis accipe. Diodori siculi: q

vniuersam hystoriā nō grecā et latinā solū: sed etiā barbarā grece scripsit: mihiqꝫ sunt ab initio sui operis libri quinqꝫ: audio in italia his plures esse: quos christoferus garattonꝰ choronēsis episcopus: q a thurcis modo occisus est: aduexit ex gercia. Volo re diligentissime odoreris: an ij rome repiant. qꝺ si ita sit: fac me ꝙ primū certiorē: an istic librariꝰ grecus sit vllus: qui id operis exscribēdū assumet. Tu interim operā dabis: ne te muse destituāt. quod facile cōsequeris: si litterarie malueris ꝙ pecuniarie rei habere rationē. Vale. Ex mediolano pridie calendas sextiles.

Franciscus philelphus Xenophonti filio S. D.

Arguit filiū ꝙ iussa non perfecerit. CCLXXIIII.

q Vod pridie calendas augustas: cū ad te lrās dedi: scribere sum oblitꝰ est: mihi nup renūciatū ē: qꝺ carmē ad baptistā albertū anno supiori ex cremona scripserā: id ei redditū non fuisse. Qꝺ verū ne an falsum sit nescio. Tu q rome nūc agis: poteris intelligē quid in re sit. Ego carmē ipm dedi ad te: vt si minꝰ sit redditū: ꝙ primū isti reddendū cures. Ad hec me velim facias certiorē: qꝺ de diodoro siculo iusserā: preterea si qd de re cōstātinopolitana est auditū: quidqꝫ istic patriarches aut egerit aut acturꝰ apud pōtificē maximū sperat. Tu ne tibi desis: ꝙ diligētissime puideto: hoc est: ne musarū hospitio asperneris. Vale. Ex mediolano Quinto idus sextiles.

Frāciscus philelphus Baptiste alberto S. D.

Donat amicum carmine quodam. CCLXXV.

M.cccc.lij.

d Ederā ad te anno superiore calendis octobrib⁹ ex cremona carmen nō tā voluptatis capiunde: q̄ veluti renouāde veteris amicicie gratia: sed id cum tibi nō esse redditū accepissem: idcirco iterū dādū iudicaui: vt ꝛ tibi anim⁹ meus fieret exploratior: ꝛ ipse ne frustra ꝗcquā vel lucubrasse vł lusisse possim existimari. nam eque ꝟsu vt nosti atq; ꝓsa delectari ꝯsueui. Nec alienū censeo ab officio meo: vt ꝗscūq; honest⁹ mihi amor ꝯiūxerit: eosdē honestus quoq; memorie labor monimētis lrārū mearū mecū perpetuo ꝯseruet. Quare cū absoluto iā ꝟsib⁹ decē milibus satyrarū opere: me ad lyricos modulos retulissem in primis: etiā tu: qui ab omni satyra tanq; abhorrueras: occurristi: quem inter familiarissimorum cōmemorationē nulla obliuio aboleuerit. Itaq; id carminis iterum ad te dedi. Tu velim tuū des ad me momū quē audio si adhuc eum absolueris. Uale. Ex mediolano Quinto idus augustas.

Franciscus philelphus Frācisco scalamonti Equiti aurato Salutem dicit.

Memorē se dicit amici. Accusat silētiū amici. CCLXXVI

y Ererer profecto ne tu me vel obliuionis vel negligētie accusaris: q iam tot annos nullas ad te lrās dederim. Sed eo te puto in me eē equiorē: q iam pridē cognoris eo me esse ingenio: vt neq; hominē amicissimū obliuisci queam: nec vllam propemodū virtutē offerri patiar: q̄ magis delecter q̄ diligētia ꝛ officio. Dedi ad te lrās bis: ꝛ iterum: posteaq; tu nihil responderas. Dediq; ad te libros de exilio: q vbi nō post parū te

poris ad me reuertissent: renũciarunt nequaquam te offendisse: quippe q̃ abesses ancone in dalmatia. Mirat⁹ aũt sum vbi rediji sti ancona: nihil oino scripsisse mihi. Itaq tibi cauendum est: ne aut negligẽtie accuseris aut obliuionis. Ceterũ danda est opera vt qð tẽpus intercepit: reficiat diligentia: hoc est: vt q̃ sepissime ad me scribas: id quod me tecũ obseruaturũ bona fide polliceor. Uale. Ex mediolano Nonis septembribus.

Franciscus philelph⁹ Petro perleoni S.D.
Quanti liber emi potest dici. CCLXXVII

Familiares ciceronis epistolas: quas petebas: venales inuenim⁹. Eas si habere cupis: ducatos decẽ mittas oportet. Id eni precij omnino se velle dicit librarius Melchior. Nec alius huiusmodi codex apud alium quemquam venalis reperitur. Codex vero hic epistolarum et pulcher est et nouus: et satis emendate scriptus. Rem paucis tenes. Tu quod fieri velis: significato litteris. Uale. Ex Mediolano Quinto idus septembres.

Franciscus philelph⁹ Andree alamanno Priori populi florentini Salutem dicit.
Gratulatur amico dignitatem assecuto: cui et muneri dat libros. CCLXXVIII.

Ratulor tue presenti expectateq dignitati. Nũquam enim sum veritus: te ante diem: vt ita dixerim: ad istũ honoris gradum peruenturum. Nam vt ita crederem tua virtus singularisq prudentia mihi persuaserat. Non enim cum iis sentio qui prudentiam iuuentuti subtrahũt q̃si peculiari

quodam iure ea senectuti sit danda. Sed neq; indoctus senex habendus sit prudens: neq; doctus adolescẽs imprudens. Nã multo plura rerũ humanarũ exempla atq; documenta tradere nobis queat lectio diligẽs & multiplex eruditio: q̃ longissima etiã hõis vni⁹ annositas. Quare cũ & ingenio te acerrimo eẽ pspicerẽ: & diligẽtia singulari: tãta pterea doctrina: quãta eq̃liũ tuoꝝ neminẽ: facile ĩtelligebã propediẽ fore: vt in altissimũ dignitatis gradũ tua te respublica tolleret. Q igit prudentia auctoritateq; apud tuos florẽtissimos ciues eque vales atq; eloquẽtia et disciplina: nõ possum tibi non admodũ gratulari. Deus fortunet tuos cogitatus: efficiatq; vt ingentib⁹ tuis pclarisq; virtutib⁹ hominũ existimatio gratitudoq; respõdeat. Ego aũt ne mee littere oĩno vacue ad te irent: has duob⁹ sum munusculis comitatus: quoꝝ si te primis florib⁹ delectatũ videro: mox quoq; maturi fruct⁹ cõsecuturi sunt. Vale. Ex mediolano Quinto calendas octobres.

Franciscus philelphus Nicolao varoni S.D.

Officium petit. CCLXXIX.

g Vniforto bergomensi disertissimo iurisconsulto lrãs ad te dedi nonis septembrib⁹: quib⁹ nõ obscure debes intellexisse: quib⁹ in rebus tua mihi et opera & ope est vehemẽter opus. Quare maiorem in modũ abs te peto ꝯtẽdoq;: si quid es vnq̃ mihi gratificaturus: quod omniũ maximi sim facturus: effice ne videar frustra tuum officium postulasse. Vale. Ex mediolano Pridie calendas octobres.

Franciscus philelph⁹ Xenophonti filio S.D.

Responsum a filio petit: et sua scripta mittat amicis legenda. CCLXXX.

p Ost eas lrãs quas mense iunio dedisti ad me: cũ primũ a philippicis balneis romã rediisses: alias abs te nullas accepi: cum plereque interim mee ad te ierint. Itaque nõ possum nõ mirari. Veritusque sum: ne qd tibi qd nollem ex ista estiui aeris intẽperie acciderit. Nõ eni adeo est iter interclusum: vt nemo oĩno istinc ad nos veniat. Quare fac: si potes: vt me quamprimum leues hac animi sollicitudine: ad eaque singulatim respondeas queque nõ vnis lris tibi scripserã. Et qm significasti: nonnullos esse rome: q cuperẽt hoꝝ aliqd legẽ: q ab me in presentia scribunt: duoꝝ operũ: veluti frontispicia: cũ sphortiados: tum de vita et reb⁹ gestis frãcisci sphortie cum hisce lris ad te dedi. Tu fac: vt quicqd ocii nactus fueris cõsummas in lris atque disciplina. Nos hic omnes valem⁹ recte. Venissem⁹ romã: si facultas a principe facta esset. Vale. Ex mediolano Septimo idus octobres.

Franciscus philelph⁹ Bartholomeo Meltio S.D.

De litteris reddendis officium petit amici. CCLXXXI

m Ihi pater tuus vir optimus et mei amantissim⁹ hoc die renũciauit cũ iam lrãs ad xenophonta filiũ obsignarã te sibi: scripsisse mãtuanũ põtificẽ abesse ab vrbe: et cũ eo xenophonta quoque: quare quas meas fidei tue lrãs cõmiserã: eas te reddere nequiuisse: esseque apud te. Fecisti tu quidẽ recte: q bona fide lrãs apud te veluti dispositas tueri malueris: quam vento cõmendare. Itaque cum his tuis alias quoque ad filiũ ab me datas tãdiu esse apud tẽ volo: quoad ille romã reuerterit. Qui si diuti⁹

distulerit reditũ suũ; ꝛ priores ꝛ posteriores lrãs soluas volo: et que arcana sunt: ea ne efferas; in reliquis vo vicẽ filij geras. Vale. Ex mediolano Septimo idus octobres.

Fracĩscus phil. Jacobo camerinati S. D.

Grãs agit ꝙ amicus morẽ sibi gessit. CCLXXXII

Et si tuũ munusculum mihi fuerat pergratum: quippe qđ ab amicissimo erga me animo factum itelligebam: multo tamen et gratius fuit ꝛ optatius: ꝙ secũdis lris tuis me fecisti certiorẽ: eplas quibus non equo animo carebã insperato tibi repertas esse. Nam earum amissio eo erat mihi molestior: qm̃ nullo altero abundabã exemplo. Tãtas igit͛ habeo tibi grãs: vt maiores habere hoc tpe nullas queam. Teqꝫ etiam atqꝫ etiam rogo: vt istas ad me fido alicui nuncio ꝙprimũ des. Qꝫ si aliꝰ nemo prius oblatꝰ fuerit; aut eas antonio trecho viro humanissimo; ab quo ad matheũ pisaurensem mei amantissimũ mittãtur; aut viro inclyto rainaldo fulginati ꝯfestim vt tradas velim. Vale. Et si qua in re mea tibi opera opus est: me vtere arbitratu tuo. Ex mediolano Septimo idus octobres.

Fran. phil. Enico dauolo Equiti aurato S. D.

Egre fert cunctationem suam; ꝛ de satyris suis scribit; et laudat librum satyrarum. CCLXXXIII

Deus malefaciat huic procelle calamitatiqꝫ bellorꝫ: quibus meum ad te iter includitur; nec vti licet profectione libera. Vix dici queat mi dauole: ꝙ moleste tulerim ac feram iam annis quattuor cunctationem meam eundi ad vos cum multarum rerum; tum satyrarũ causa; quippe qui vehemen

ter doleam: tot in eo opere lucubrationes mihi frustra susceptas Sed vtcunqȝ res habet: eundum est tandem: id quod ad martiū est reiectum. Satyrarum codex: qui decadas decēdenis satyris sigillatim distributas versus decem milia complectitur: est pulcherrimus cum litterarū notis: tum miniis ⁊ operculis: qui si minus intus: saltem in cute te non poterit non delectari: quē ꝗ puto non mente minꝰ ꝗ oratione letabere. Vale. Ex mediolano Idibus octobribus.

Frāciscus philelphus Nicolao arcimboldo S.D.

Certiorē facit amicū de rebꝰ suis. CCLXXXIIII

q Uarto idus nouembres ad caluisianum veni in castra sphortiana: vbi sum perhumanitē ⁊ honorifice exceptꝰ a principe. Nec dubito: me omnia ex sentētia nostra cō secuturū. Id factū cū fuerit: te reddā ꝗ primū certiorē. Vale Ex castris ducalibꝰ apud caluisianū Pridie idus nouembres.

Franciscus philelphus Matheo pisaurensi S.D.

Successus suos narrat: ⁊ officium petit in familiam suam. CCLXXXV.

f Um omnia a munificentissimo principe nostro assecutus que volui. Quod eo est mihi iucundius: quo me video maxima ex parte liberatum fastidiosi istius longi morositate atqȝ ineptitudine. Tibi autem plurimū debere fateor: ꝗ mihi et re sepe ⁊ verbo semper satisfecisti. Reliquum est: vt siqua peculiola mee familie ante meum reditum opus fuerit: isti ne desis. Et quicquid dederis: adde ratiuncule nostre. Vale. Ex grāmara Nonis decembribus.

Anno.M.cccc.lij.

Frãciscus philelph⁹ Xenophonti filio S.d.

Arguit filium fugitiuũ: & de sacerdotio consilium dat: et inconstantie filium arguit. CCLXXXVI.

Accepi binas lrãs tuas eodẽ die cũ primũ ex castris ducalib⁹ mediolanum ad septimũ calendas ianuarias reuertissem. Harũ tu alteras ad me dederas decimo calẽdas decembres: alteras vo sexto idus. Intellexi q̃ scripsisti oĩa. Et q̃ntũ videre videor: pegrinationis istius tue satietas iã te cepit. Q̃ si ante abitionẽ tuã ciceronẽ in officijs audire voluisses: aut nõ abisses: psertim clam patre: aut tã subito domũ nõ repeteres: cũ nõdũ in deliberãdo neq̧ tpis: nec etiã diligẽtie satis adhibere potueris. Nihil tibi erat in causa: quamobrem in romanam curiam te recipes: quippe q̃ domi haberes vnde & melior q̃tidie et doctior fieres. Q̃ si prudentie poti⁹ q̧ sapiẽtie studio ducebaris: hoc est pecunia magis q̧ virtute atq̧ disciplina: licebat tibi apud munificẽtissimũ nostrũ principẽ pecuniosissimũ breui effici vbi malles negocio q̧ ocio te offerre. At fuerunt q te induxerũt. Itaq̧ ignoscẽdũ est adolescẽtie tue. Posthac ꝯsules tibi fortasse melius. In pñti: vt scribis: cupis initiari. Si religionis amor id monet: nõ improbo: modo etiam atq̧ etiã cogites: q̃d tibi statuẽdũ sit: ad sequendũ: q̧ incedendũ viã. Nã si putas te in ecclesia fore clarũ sine iis artib⁹ q̃ apud sacerdotes habent̃ in precio: vehement̃ erras. Nã cũ alia pmulta discẽda sunt: tum ius põtificiũ in primis: omnisq̧ diuine rationis cognitio tenẽda: q̃ theologia dicitur. Sin idcirco istiusmodi desideriũ te corripuit: vt sine la-

bore vitā iucūdā ducas: q̄ tuū sim institutū ꝓbaturus: potes facile ex meis moribus cōiectare; quare si me audis primū omniū teipsum collige: tecum habita. Meditare iterū atq; iterum: quā vitā viuere decreueris: seu tu secularē: quā vocant: elegeris: siue ecclesiasticam: verā malueris ꝓbo: modo sit cū laude. Q̄ si omnino ad nos fortasse redire istitueris tibi edes paterne nunq̄ occludent. Uale. Ex mediolano Nonis ianuariis. Anno. M.cccclii

Franciscus philelphus Jacobo camerinati S.D.

Accusat amicum de negociis illius. Excusat amicos: et iubet amicum bene sperare. CCLXXXVII.

Olim tibi psuadeas: res tuas ab me negligi: q̄ minꝰ q̄
n pmū tibi significarim qd mihi cichꝰ angelusq; respōderint. Hi qd petis diligēter curant: putant omnino ꝓpe diem ex sententia tibi cōsultū iri. Cōfecissentq; q tua causa ceperant: nisi occupatiões pncipis: q sunt vere immēse: ob plures preclaras legatiões: que vno pene tēpore cōuenerūt: aditū his tantisper interclusissent dū is liberet harum psentia ac sollicitudine Differri tamen res tua diu nō potest. A me nullū erga te officium aut studiū negliget. Tu interim esto bono animo. Non eni qntū itelligo: te tua fallet spes. Uale. Ex mediol. x. cal'as februarias.

Franciscus philelphus Renate regi Salutē dicit.

Accusat tabellariorum incuriam. CCLXXXVIII

Ernas litteras ad te dedi anno superiore iis de rebus
t que tua maxime intererāt. Itaq; nō poterā non mirari q nihil respōderis: psertim cū te humanissimum facillimūq; esse iam pridē vno oim consensu sermoneq; audierā. Sed

ioannes cossa vir clarissim⁹ idēq; grauissim⁹; qui modo ⁊ tuus ⁊ christianissimi frācoꝝ regis legat⁹ in italiā venit: liberauit me oī dubitatione; quippe q̄ corā affirmarit: nullas tibi oīno redditas esse lrās meas. De⁹ malefaciat hominū vel negligētie vel pfidie: q̄ ⁊ me honestissimo officio: ⁊ te non mediocri: vt opinor: vl' vtilitate vel voluptate fraudarint. Quib⁹ lrās ad te dedi: franci fuerunt oēs: quoꝝ vni malurtice cognomētū est: homini bellicis artibus studenti: ⁊ tui: vt aiebat: obseruātissimo. Sed qm̄ q̄ scripserā nō accepisti; ea in pn̄tia tibi coram exponet idē ioannes cossa: cuius fides ⁊ diligentia tibi sole clarior esse debet. Uale. Ex mediolano Sexto calendas februarias.

¶ Franciscus philelphus Guilielmo vrsino Francie cancellario Salutem dicit.

Excusat se q̄ morem non gessit amico. CCCLXXXIX.

c

Um vir clarissim⁹ ioannes cossa regius legatus a florētinis rediturus in franciā mediolano iter faceret; a me petijt tuo noīe libros de exilio: quos superiorib⁹ annis elucubraram. Hos ego ad te ideo in presentia dare nō potui: qm̄ nō esset tantū tpis datum: vt exscribi possent. Itaq; nō potui nō ferre permoleste: q̄ tibi tāto ⁊ tanta dignitate viro minus statim gratificari quiuerim: presertim ea in re que mihi non minus iucūda esset q̄ futura honorifica. Nam ⁊ te iam pridem cum ob florētissimi tui generis splendorem: tum ob illustrem eruditionē tuā singularemq; sapiētiam: mirificaq; beniuolentia obseruo. Igna-

rus certe non sum: quantum sit meo nomini ac laudi tua auctori-
tas incrementũ allatura: vbi scripta mea tuo grauissimo testimo
nio confirmaris. Nec enim debeo dubitare: mea tibi voluptati
fore: q̄ ꝛ humanissim⁹ sis: liberalissimaq̧ natura: ꝛ a me tantope
diligaris: vt nihil ad amoris cumulũ possit accedere. Dabo aũt
operam: vt propediem morem geram volũtati tue. Nam cum li-
bros de exilio quos petis: tum alia pleraq̧ ex his que meo inge-
nio studioq̧ manarunt: curabo exscribi: ea plane quecunq̧ futu-
ra tibi iucundiora existimabo. Uale. Ex mediolano Sexto calẽ-
das februarias.

Franciscus philelphus. Jacobo bicheto S.D.

Mendacij quendam arguit: ꝛ librum petit. CCXC.

Isi iam pridem te plurimũ diligerem: stomacharer for-
n tasse: cum videam codicem meum esse apud te tam diu
vel inuitũ. Nam q̄ dixeris puero meo eum tibi nõ esse:
haud intelligo: que sit animi tui sententia. Non enim puto id di-
cere te q̄ meum codicem nequaquã habueris. Nam ꝛ habuisti: ꝛ
eum alijs cõmodasti. Et si illum fortassis amiseris: tibi amissum
volo: non mihi: q̄q̧ opinor amissum tibi eum non esse. Itaq̧ ro-
go te: vt huic meo puero illum meum codicem ad me des: ne me
cogas aliunde remediũ poscere. Uale. Ex mediolano ex edibus
meis Tertio nonas februarias.

Franciscus philelphus Jacobo bicheto S.D.

Libros sibi restituendos serio curat. CCXCI

Anno.M.cccc.liii.

Quantũ videre videor: ita negociosus es: vt nihil tibi ocij relinquat ad inquirẽdũ inter infinitã librorum tuorum copiã codicẽ illũ meũ: quo due orationes lysie a nobis traducte: altera funebris de laudib⁹ atheniensiũ: altera iudicial' ꝯtra eratosthenẽ adulterũ ⁊ aristotelẽ rhetorica ad alexandrũ regem nostra itẽ traductio ꝯtinet. Nõ eni adduci possum: vt credã aut te alieni mutui oblitũ: aut ꝙ officij tui fideiq sit nolle pstare. Nã codicẽ illum tibi cõmodaui tpe illius optimi philippi ducis quẽ ea tu lege petijsti: vt exscribi curares: nõ vt nunq restitueres. At ꝗ repperiui abs te illũ p id tpis interdũ: cũ diceres nõdũ exscriptum esse: cũ ego tñ audirẽ secus esse. Tuã cunctationẽ idcirco ferebã patiẽter: qm putarẽ ꝗ essent exscripta: ea fortasse nondũ esse abs te satis emẽdata. At nunc quia preteriere iam anni cõplures nihil alienũ ab amicicie iure me facturũ existimaui aut existimo: si te fecero certiorẽ: me oĩno instituisse: mea mihi ꝗ primũ vẽdicare. Uale. Ex edibus nr̃is mediolani Tertio nonas februarias.

Franciscus philelphus Guilielmo vrsino Francie cancellario Salutem dicit.

Donat amicum libris suis. CCXCII

Dederã alteras ad te lr̃as sexto calendas februarias: ꝗ ipo die ioannes cossa vir omniũ laude ornatus hinc in franciã pfecturus putabat. Sed cũ postea retardatus a meo pn̄cipe dies aliquot pter spem mediolani ageret: reuertit ad me codex quidã meus: ꝗ annos nõnullos pegre abfuerat. Hui⁹ ego reditũ vel tua causa phumaniter ⁊ libenter excepi: ꝗ tã diuturne

eius absentie non mediocriter succensuerã; quippe qui me inuito abfuisset. Uerum ea lege is reuersus apud me in gratiã rediit: vt confestim alpes transcenderet et te visurus & franciam: atq; istã quidẽ vt hospes te verũ & perpetuũ dñm. Itaq; dono a me accipe tria nõ vulgaria aut contemnẽda opera. Lysie oratoris duo: hoc est orationes duas: alterã funebrẽ de laudib⁹ atheniensium: iudicialem alteram aduersus eratosthenẽ adulterũ. Tertiũ autẽ opus est rhetorica aristotelis philosophi eloquẽtissimi ad alexãdrũ regẽ. Hec eni oĩa e greco in latinũ traduxi: cũ essem propemodum adolescẽs: philophiã florentie oratoriãq; docẽs. Que q̃q̃ existimo p se tibi fore iucũdissima: spero tñ propediẽ alia quedã ad te dare: que lõge sis maiore cũ voluptate lectitaturus. Uale: et me christianissimo regi karolo q̃ diligẽtissime cõmẽda. Ex mediolano. xiiij. calendas martias.

Franciscus philelph⁹ Alberto zancario S.D.

Gratulatur amico de probo filio. CCXCIII

Nihil mihi iucundius tuis litteris hoc tempore potuisset cõtingere. Nam de tua tuorũq; omniũ pene valitudine certior factus sum: id quod vehemẽter optabam. Et enochũ nostrũ in iuuenẽ frugi probũq; euasisse ex te patre intellexi. Q̃q̃ eni ab ipsa vsq; pueritia bonã de se spem pollicebat enochus: non poteram tamen nõ subuereri ob iniquitatẽ temporum secus accidere posse q̃ vellemus. Itaq; imortali deo imortales habeo gratias: q̃ te patre grauissimo optimoq; viro dignum se prestiterit. Q̃ autẽ cupit bonis artibus etiam a nobis institui

rem nunciat non ingratam. Et vt breui respondeam: ad aprilem te videbo: ac tuo meoque desiderio cumulatissime satisfaciã. Preterea quoniã de his que in presentia ab me scribuntur abs te mẽtio facta est: dedi ad te particulam quandam ex secundo sphorciados nostro libro: & prefationẽ historie sphortiane. Vale. Ex mediolano Vndecimo calendas martias.

Fran. phil. Enico daualo Equiti aurato S.D.
Cunctationis causam narrat. CCXCIIII.

Quid in causa fuerit: vt tamdiu distulerim aduentum meum: accipies ex ioanne antonio gotthalano viro nobili ac tui nominis amantissimo. Spero tamen fore: vt ante veris exitum te videam. Tu me interea temporis ama vt soles: & alphonso regi q̃diligentissime cõmenda. Vale. Ex mediolano Sexto calendas martias.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.
Libros repetit. CCXCV.

Secundum librum de exilio: qui de infamia inscribitur: velim huic istic tabellario qui meas tibi litteras reddidit: ad me des. Desidero etiam tertium: in quo de paupertate disseruimus: qui si ipse quoque apud te est: dato item eidem ad me tabellario. Sin minus est apud te: quere a bernardo meo iustiniano. Plura ad te nunc scribere non potui propter occupationes meas. Propediem agam tecum pluribus. Vale. Ex mediolano Nonis martijs.

Franciscus philelphus Jacobo camerinati S. D.

Operam petit amici in rem suam. CCXCVI.

q Uantam diligentiam adhibuerim in rem tuam: potes ex ciccho angeloq; cognoscere. Idem vt mihi in hoc tē pore officium prestes: vehementer cupio. Fac inquam opera et studio tuo: vt cicchus quod interest rei mee pecuniarie apud hos ediles q̄ primū litteris suis absoluat. Verū bono sint atramēto scripte: vt aiunt. Et fide opus est ⁊ celeritate. Causam cicchus ex me coram intellexit. Codicem epistolarū cum primū absoluero: dabo ad te libēter. Xenophon totus est tuus: ⁊ pater non minus. Vale. Ex mediolano. xij. calendas apriles.

Frāciscus philelphus Lodouico gonzage Principi mantuano Salutem dicit.

Gratias agit. CCXCVII.

n On equidē sum oblitus: quam mihi nuper in agro brixiano beniuolentiam ostendisti: ⁊ quāta me non humanitate solum: sed benignitate etiam per sepe exceperis. Itaq; ex eo tempore intellexi: permagnam mihi in te spem ⁊ post tam esse ⁊ constitutam. Indeq; factum est: vt ita te obseruem ac venerer: vt me abs te putem dignū existimari: in quo nullum beneficiū tuū sit intermoriturū; que mea me de te opinio ne falsum habeat: est magnitudinis ⁊ munificētie tue. Quid aūt abs te velim: ethrusco sermone intelliges. Est celeritate non minus opus q̄ benificentia. Vale. Ex mediolano Quarto nonas apriles.

Fran. phil. Nicolao stroze Equiti aurato Sal. D.

Excusat se q̄ distulerit officium suum. CCXCVIII

p Utas fortasse vel obliuione vel negligentia factũ esse: vt qđ ab me istinc soluenti petieras: nondũ ad te ierit. Sed neutri profecto istiusmodi vitiorũ est locus apud me vllus. Nam ⁊ memoria valeo plurimũ: ⁊ sum vnus omniũ diligentissim⁹: presertim in his rebus que amicorum intersunt. Qđ autẽ ⁊ vehementer diligam te ⁊ amem: tum ea facit familiaritas ac necessitudo: que mihi est iam multis annis cum vniuersa strozarum familia: tum ipse tu: qui de me priuatim es bene promeritus. Sed duo fuerunt in causa: vt in hanc diem minus sum vt volebam tibi gratificatus. Nam ⁊ librario carui: ⁊ quoddã pro officio meo prestare me principi meo oportuit: quod ita me impediuit: vt nihil omnino ocij mihi concessum fuerit. Sed q̃ serius prestiti: eo cumulatius propediẽ ad te ibit. Tu me interea temporis vt amare non cesses: etiam atq; etiã rogo: id quod ita intelligam te fecisse: si me nobilissimo isti principi quottidie magis feceris chariorem. Grauissimum ⁊ humanissimum virum Lodouicum Casellam bene valere opto. Uale: et disertissimo Tito meo salutem plurimam verbis meis nunciato. Ex Mediolano Pridie calendas apriles.

Franciscus philelphus Nicolao varoni S. D.

Silentij causam reddit: ⁊ operã sibi spondet. CCXCIX

q Uod nihil ad te scripserim post meam a vobis abitionem: honeste quedam occupationes mee causam prestiterũt. Itaq; rogo te: mihi vt ignoscas: tibiq; persuadeas: me vnum eẽ: qui te tanto amore complector: vt alium ma-

gis neminem. Itaqꝫ si quid in me est: quod tibi iucundũ esse possit: id ita tuum existimato: vt meum magis esse non possit. Communi principi me q̃ diligentissime ⁊ q̃ sepissime commenda. Prestantissimũ virũ eloquẽtissimũqꝫ casellam saluere plurimũ opto. Uale. Ex mediolano pridie calendas apriles.

Franciscus philelph⁹ Lodouico caselle S. D.

Obsequiũ suũ offert amico. CCC.

c Um antonius tricinus ferrariam peteret: indignum me facturuꝫ existimabam: si is meis vacuus litteris ad vos isset. Quid autem aliud ad te scriberem: q̃ vnum illud: quod ⁊ libenter apud omnes ⁊ continẽter predico: me tibi cũ propter maximas tuas mirabilisqꝫ virtutes: tum propter singularem tuam erga me humanitatẽ ac beneficentiam debere plurimũ. Itaqꝫ tibi velim certo persuadeas: me vnũ esse perpetuoqꝫ futurum: qui nihil neqꝫ magnum neqꝫ paruũ recusaturus sim tua causa. Quare abs te peto atqꝫ contendo: vt omnib⁹ in rebus officio operaqꝫ mea non vtaris solum: sed etiã si opus fuerit: vt ita dixerim: abutaris. Uale: ⁊ cõmuni principi me: vt soles: charissimũ redde. Ex mediolano. xvj. calendas maias.

Franciscus philelphus Petro perleoni S. d.

Litteras suas conqueritur interceptas. CCCI

c Um primũ candidus bontempus eques auratus principis tui nomine venisset mediolanum: ⁊ ex eo certior factus essem de omni statu tuo: id quod minus cumulate ex litteris tuis: quas filio Xenophonti ad me dederas ante

cognorã: mirabili gaudio sum affectus: & tibi per meas litteras vt par erat congratulatus. Deinde cũ dies complusculi preterissent: didici ex eodem cãdido litteras meas omnis: & quas ad te: et quas ad principem tuum dederam inter eundum tabellario interceptas surreptasq; fuisse. Itaq; & ad Sigismundũ principem eadem rursus scripsi que antea: & tecum idcirco egi breuius: qm̃ p tabellariũ non licuit vti plixitate. Quare ea duntaxat audies grece: que apud principẽ tibi tuũ v̾bis meis & dicẽda sunt & curãda. Uale. Ex mediolano. xv. calendas maias.

Francisc⁹ philelph⁹ Jacobo camerinati S.D.

Locum & tempus prefinit conueniendi amici. CCCII.

n Nisi vehemẽter amem amorem tuũ: ingratus sim. Que splendidissimi equitis aurati ioannis tolentinatis scriba tuo nomine mihi coram exposuit: libentissime audiui. Quid aũt aut sentiam aut velim: tecum vna cremone ad paucos vsq; dies commẽtabor: ac statuam. Nam ad calendas maias hinc capiam iter ad vrbem romã negocij mei gratia: & id quidẽ ex principis nostri sentẽtia. Quod aũt queri visus es: q nihil ad te scribam: non iure id facis. Nam proximis diebus litteras ad te dedi. Tu v̾o endymionis somnũ dormitas: respõdes omnino nihil. Sed idcirco ignosco tibi: q ita ranarum cremonensium clamoribus obtunderis: vt apud te esse nõ possis. Uale. Ex mediolano Decimoquarto calendas maias.

Franciscus philelphus Alexandro sphortie Sa.D.

Admonet quendam vt sibi inseruiat. CCCIII

(e)Tsi proximis litteris debes satis intellexisse: ꝙ mihi
opus sit ope tua; nec preterea sum ignarus cū pro tua
animi magnitudine: tum pro mea erga te obseruantia
te mihi libēter gratificaturum: tamē quia noui maximas tuas
ac prope infinitas occupationes; rursum visus es admonendus
Ego romā sum propediem cōcessurus. Nec omnia mihi adsunt
quib⁹ est opus ad id itineris. Nec mihi tam mee ꝙ sphortiane di
gnitatis ratio est habēda. Reliqua tu pro tua prudētia potes cō
siderare. Vale. Ex mediolano.xiiij.calendas maias.

Franciscus philelphus Alexandro sphortie S.D.

Gratias agit ⁊ promissa petit impleri. CCCIII.

(p)Erhumaniter mihi nudiusnonus perbenigneqꝫ respō-
disti. Itaqꝫ tibi non possum ingentis gratias non ha-
bere. Dicis tu autē ⁊ facis oīa pro magnitudine animi
tui nobilitateqꝫ nature. Reliquum est; vt quod tua illa graui sua
uissimaqꝫ epistola mihi tam liberaliter recepisti ad quatriduum
vsqꝫ te facturum: id olim effectum reddas. Nam hoc mihi presta
re gratius hoc tempore nihil potes. Vale. Ex mediolano Ter-
tio calendas maias.

Francisc⁹ philelph⁹ Nicodemo tranchedino S.D.

Hortatur amicum vt compleat promissa. CCCV.

(q)Uamqꝫ non eram nescius: te memorē fore ⁊ quod mihi
coram recepisses; et quid te facere oporteret: tamen
cum mecum animo volutarem; ꝙ esses occupatissim⁹:

rursum visus es admonendus. Duo sunt que tu mea causa sis facturus; alterum florentie ore auribusq; tuis; & rome alterum per litteras: hec vt & q̄primū & diligenter cures: te etiam atq; etiam rogo. Vale. Ex mediolano Pridie calendas maias.

Franciscus philelphus Alexandro sphortie S.D.

Gratificatur amico pro munere. CCCVI.

q Vem rosei coloris pannum dono misisti mihi: libentissime accepi. Sumq; tua munificentia non mediocriter delectatus: & ne id quidem minus animi tui q̄ doni magnitudine. Non enim quod muneratur; sed munerantis animus maxime liberalitatem beniguitatēq; declarat & facit. Nam q̄ verbo extenuaris: qd est apud me amplissimū; satis id superq; ostendit & me tibi esse charissimum; & te nihil pluris ducere q̄ virtutem. Gratulor igit̄ felicitati tue: qui vt es animo excelso: splendidissimoq; ingenio: nihil abiectum: nihil humile neq; loquaris nec sentias. Reliquum est: vt tibi persuadeas: tua apud me beneficia omnia fide bona; eaq; non ingrata esse deposita. Vale. Ex mediolano Tertio nonas maias.

Fran. phil. Nicolao arcimboldo iuriscōsulto S.d.

Operam petit amici. CCCVII.

n Equaquā sum nescius: mea tibi omnia maxime cure eē. Quo fit: vt vel tibi fortasse videar rem meaz admodū negligere: qui nullus faciam tecū verbum; cuius mihi opera vehementissime opus sit. Quod ne accidere iure possit: peto abs te: vt quod vna de mea profectione commētati sumus; q̄primū

quantū in te fuerit confectū reddas. Hoc erit mihi tā gratū ꝙ ne
cessariū. Uale. Mediolani ex edib⁹ nostris Idibus maijs.

Franciscus philelph⁹ Alberto zancario S.D.

Grās agit amicis laudātib⁹: ꝑmittitq; aduentū suū. CCCVIII.

a Ccepi lrās tuas ad me: ⁊ cum his eas binas: q̄s duo di
sertissimi nicolai ⁊ perott⁹ ⁊ vulpes ad te dederāt. Ha
beo ⁊ tibi ⁊ nicolais ingētes grās: q̄ tā amice de me sen
titis. Nā qd dixerim vere: cū ⁊ ipse longe humili⁹ de me sentiā: ⁊
amore vnde manat amicicia cecū finxit antiqtas: in p̄ntia tecū
plurib⁹ agē ipedior. Ad paucos vsq; dies lōgior sum futur⁹: ⁊ id
q̄dē nō p lrās: s; p̄ns ipse ⁊ corā. Uale: ⁊ vtriq; nicolao salutē plu
rimā dicito v̄bis meis. Ex mediolano. xiiij. calendas iulias.

Francisc⁹ philelph⁹ Galeacio epo mātuano S.D.

Pecuniā sibi cōmodari petit. CCCIX.

n Isi vna omniū voce p̄dicationeq; cognitū mihi esset
te animo vigere ingēti ⁊ perbenigno: subdubitarē for
tasse bn̄ficij quippiā abs te petere: a quo nihil antea ꝑmeruerim:
sed cū sis tali tātaq; virtute: vt humana oia infra te ducas: intel
ligasq; nihil esse magis hoi ꝓpriū q̄ bn̄facere vl' ignotis: quippe
q̄ se simillimū ei⁹ velit: ad cui⁹ est imaginē similitudinēq; creat⁹:
maiore cum fiducia tuas en pulso fores: q̄s mihi facile apertū iri
nō dubitē: despōdi mō filiā viro bono ⁊ nobili: cui dotis caritudi
ne tradere nōdū potui. Nā: vt nosti: virtus ⁊ diuitie sil' eē nō p̄nt
Te igit' pro tuis maximis inumerabilibusq; virtutib⁹ maiorē in
modū rogo atq; oro vt ducatos centū mihi cōmodes: ea ꝯditiōe
vt intra annū eos tibi oīno bona fide reddit⁹ sim. Q̄d si prius:

vt spero: pstare potero: nihil dissimulabo. Scio te: id quod summe tue est laudis: nunq̄ pecunijs abundare: et si redditus habes amplissimos: tum ex ecclesia: tum ex patrimonio. Naz quicquid superest a rebus necessarijs: id omne vel pro liberalitatis vel pro pietatis officio in eos tribuis: quos dignos censeas: in quos beneficium conferatur. Tue igitur humanitatis fuerit: vt ita in me pius liberalisue sis: vt itelligas: nullum apud me officium tuum intermoriturum. Nō enim solum ad constitutum tempus tuum ad te mutuū redibit: sed cum vsura etiā litteraria redibit. Huius autem rei gratia hunc meum adolescentem ad te fidum nuncium misi: cui velim ad me des quod petit. Vale. Ex mediolano Decimo calendas iulias.

Frāciscus philelphus Georgio trabesonde S. D.

Dicit se quēdā cū summo pōtifice in gratiā redijsse. CCCX.

Quod istinc absens tibi sum pollicit⁹ vbi primū in vrbē veni: & summi pontificis nicolai quinti adeundi mihi data est facultas: quo tēpore adhuc ex pedibus nō mediocriter laborabat: ita egi causam tuam: vt eius animū iam pridem alienatum: vt nosti: ita ad te conuerterim: vt reditum ad se tuum non solum admittat: sed etiam desiderare videatur. Itaq; moneo te atq; hortor: ne differas aduentum tuum: sed velis ac remis: vt aiunt: secundis flatibus te committas. Nam omnia tibi in portu: omnia tranqlla futura sunt. Vale: & maiestati regie me cōmenda. Ex vrbe roma Quinto calendas septembres.

¶ Franciscus phil. Nicolao arcimboldo Jurecōsulto atq; Senatori ducali. Salutem dicit.

Equuleus laudat equū. CCCXI

h Asce ad te litteras dedi ex tholentino: vnde post octiduū arripiam ad vos iter: tum equestris insignibus & poetica laurea ornatus: tum secretarius apostolicus equuleus tuus: si tanta esset corporis magnitudine: quanta animi: ne bucefalo quidem cederet. Mirum est: q̄ se obsequentē prestat. Vale: meq; vt facies ama. Ex tholentino Idibus septembribus.

¶ Franciscus philelphus Cicco calabro S. D.

Responsum petit. CCCXII.

m Iror q̄ nihil ad ea responderis: que proximis diebus tibi de re mea significaui. Nondum fortassis a principe didicisti quod cupimus. Itaq; rogo te: vt tandem respōdeas meq; de omni eius sentētia facias certiorem. Vale. Ex mediolano Nono calendas nouembres.

¶ Franciscus philelphus Alberto zancario S. d.

Excusat se silentio. CCCXIII.

n Olim tibi persuadeas quenquam esse ex amicis omnibus te mihi chariorem. Id enim cum modestissimi tui mores: tum plurima & maxima beneficia citro vltroq; mutua pietate collata iam pridē facile prestiterūt. Quod aūt nihil in hanc diē post abitionē istinc meā ad te scripserim: illud scz fuit in cā: q̄ frustra id facere nolebā. Nondum enī princeps meus in vrbē rediȷt ex castris: neq; eo absente habeo quicquā qd tibi sim scripturus.

Tu interim bona spe esto. Nõ eni fallã quã de me indubitatã habes opinionẽ. Uale. Ex mediolano.xiiij.calendas ianuarias.

¶ Franciscus philelphus Nicolao varoni S.D.

Commendat quendam. CCCXIIII.

Qui tibi reddidit has lrãs: vir est ⁊ bon⁹ ⁊ nõ indoctus mihiq; multos iã ãnos ꝑfamiliaris: quẽ vt ⁊ diligas ⁊ commendatum habeas rogo. Uale. Ex mediolano Decimo calendas februarias. Anno a virginali partu.M.cccc.liiij.

Fran.phil. Nicolao quinto Sũmo pontifici S.di.

Dicit se peragere sibi mãdata: ⁊ gratũ se ostẽdit. CCCXV

Stephanũ caciam nouariensem iuriscõsultũ: ⁊ taurinatam archidiaconũ tue sanctitatis cubiculariũ in his q̃ mihi exposuit tuo noie: ⁊ summa cũ obseruãtia ⁊ libẽtissime audiui. Nec diligenter min⁹ q̃ fideliter gessi oia: geroq; assidue: q̃ tum lris tuis: tum eius nũcio tibi grata fore cognoui. Habeo autẽ beatitudini tue grãs imortalis: q̃ fidei mee pietatiq; erga te ita fidis vt debes. Quid eni pro te facturus non sim: cuius singularem sum iam pridem beniuolentiam: ⁊ precipuam modo benignitatẽ in me expert⁹? Tantũ me tibi debere intelligo: vt ne vitam quidem ipsam in mea magis q̃ in tua potestate positã esse velim. Itaq; imperare sit tuum pro voluntate omnia: parere aũt meum cũ omni integritate: veneratione: industria. Uale pat beatissime. Ex mediolano Quarto calendas martias.

Franciscus philelphus Petro nucetano S.di.

Miratur sibi nihil esse responsum. CCCXVI

Antonio litte mediolanẽsi presbytero litteras ad te de
a di q̃rto idus nouembres: eratq; cũ iis saphicũ adony
cumq; carmen ad sanctitatẽ domini nostri longiusculũ
Sum aũt miratus: q̃ nihil in hanc diem mihi responderis. Nec
potui non dubitare: ne littere tibi mee reddite fortasse nõ essent.
Noui enĩ facilitatẽ: noui hũanitatẽ: noui liberalitatẽ animi tui.
Itaq; non sine causa id accidisse arbitror. Sed cũ hac de re tũ de
aliis nonnullis xenophon filius tibi corã exponet. Tu velim me
vt facis ames. Tibiq; p̃suadeas: eũ esse me: qui tibi omniũ maxi
me nostri ordinis sim affectus. Cõuiuia mediolanẽsia eidẽ xeno
phõti filio ad te dedi. Uale. Ex mediol. Quarto cal'as martias.

Franciscus philelphus Petro perleoni S.D.

Infidum quendam esse dicit. CCCXVII

Inis aliis litteris tibi significaui ioannem caimũ neq;
b fecisse neq; facturũ sani quicquã de re tua. Seq; dicit ti
bi debere nihil: quoniam pro te aliis satisfecerit. At illi
quos is predicat factũ id pernegant. Itaq; si me audis: tute me
diolanũ p̃cede. Nã si secus feceris: nihil feceris: edesq; negligen
tia tua quadã amiseris. Tu rem paucis tenes. Reliqua ex xeno
phonte filio corã accipies. Uale cũ pudicissima vxore tua: meq;
tuo illustri p̃ncipi cõmẽda. Ex mediolano. iiii. calẽdas martias.

Frã. philel. Petro barbaro cardinali veneto S.D.

Gratum se dicit. CCCXVIII.

Enophonti filio romam venienti idcirco litteras ad te
x dedi: vt intellgeres: me tãti facẽ beniuolẽtiã tuã: quãti
mihi nuper: cũ istic essem: certissimis documentis corã

declarasti: vt omnia de te mihi sperare posse videar. Id autē cofacio et maiore cū fiducia et libētius: quoniā noui nullū apud me vnq̄ intermoriturū beneficiū tuū. Nā est apud me antiquius nihil gratitudine atq̄ pietate. Reliqua tu ex xenophonte cognosces. Vale pater amplissime. Ex mediol. iiij. calendas martias.

Fran. phil. Dominico cardinali firmano S. D.

Excusat se preclare q̄ amicum non salutauerit. CCCXIX

Non possum non accusare erratū meum: q̄ cū nup fuissem rome: ad te minꝰ salutatū ierim: cui me iam pridē norim esse charissimū. Nolim tamē existimes id vel negligētia mea: vel q̄ tui oblitus fuerim accidisse. Sed dū cupio in te adeundo minꝰ ineptus existimari: fui in officio seruādo minus erga te officiosus. Volebā enī et pro amplitudine tua et pro decore adire te: et eos cōferre sermones: qui et auditione tua et oratiōe mea non indigni iudicarent. Quare dū studeo ea expedire negocia: que mihi erāt apud summū pontificē: plusq̄ in his q̄ putarē tēporis cōsummo: tandē coactus sum: nō te ante adire q̄ abire. Itaq̄ in ipsa abitiōe mea ex vrbe roma inter equitādū accedo ad ipsas edes dignatiōis tue. Is qui triclinij preest ostio: respōdet in cubiculo te esse diuino intentum ministerio. Nec licere sibi interea tpis adire te. Quid multis? Tris horas expecto: cū ne ipse quidē ostiariꝰ amplius quicquā respōdet mihi. Quāobrē dū video mirū seruari silētiū: et ipse ad abeundū solicitatꝰ a comitibꝰ: ne aut importunior aut ineptior dici possem: abiui equidē subtristior: q̄ visere te nequerim: quē mirifica obseruātia psequor. Te-

nes ecce rem oẽm. Tue fuerit vel clemẽtie: mihi ignoscere; vel iu
stitie: ostiarũ castigare: q̃ vt est gẽtẽ german⁹; neq̧ humanitatẽ
sapiat nec hominũ habeat discrimen. Reliq̃ ex xenophonte filio
cognosces. Uale pat humanissime. Ex mediol. iij. calẽdas mar.

¶ Franciscus philelphus Joanni aurispe S.D.

Laudat amicum. CCCXX.

Uanti ego te semp fecerim ac facio: nemo est q̃ id meli⁹
q sciat q̃ tu. Id certe exploratissimũ habeo: me tibi esse
charissimũ: fide aũt in amicos ꝛ prudẽtia tanta vales:
quãta scio maiorẽ neminẽ. Itaq̧ nihil est quod de te sperare non
ausim. Quib⁹ aũt in reb⁹ tuã mihi ꝛ operã et diligentiã prestes:
velim xenophon filius tibi coram ostendet. Uale. Ex mediola-
no. iiij. calendas martias.

¶ Fran. phil. Enico daualo Equiti aurato S.D.

Litteras petit de statu amici. CCCXXI.

Um ad vndecimũ calendas septembres ex castris re-
c gijs abijssem: repetitur⁹ mediolanũ: nihil mihi mole-
stius fuit: q̃ q̃ te: quoniã hesterno vesperi neapolim re
uertisse ferebaris: eo die videre cõplectiq̧ nequerim. Itaq̧ ab-
iens mecũ tuli incredibile desideriũ tui: quẽ et absentẽ absens in
tueor et cõplector et alloquor. Cupio aũt maiorem in modũ per
tuas litteras intelligere: ꝛ quid agas: et q̃ tibi charus sim. Sed
hoꝝ alterũ perspicuũ est mihi. Non eni possum non amari abs te
quẽ tantopere ipse colam. Alterum bene ꝑspero. Nã qui vir ma
gnus es: et rebus ornatus oib⁹: te bene agere ac reb⁹ vti fecũdissi

mis dubitare certe non debeo. Gratissimũ tamẽ mihi factur⁹ sis: si que de te mihi in spe sunt posita: ea tu litteris tuis vel confirmabis vl' augebis. Vale decus meũ: et me alphonso regi cõmenda: et vt soles charissimũ effice. Ex mediol'.iiij.calẽdas martias.

Franciscus philelphus Nicolao cebe S.D.

Interrogat de nauigio. CCCXXII.

[i] Ncipiẽti iã mihi expectare litteras tuas aliud occurrit in mentem. Cupio enim ex te itelligere: vlla ne a vobis sit aut in thraciam: aut ad chios nauis traiectura que istinc soluat ante calẽdas maias. Et hoc: et que proximis litteris ad te scripsi: ne negligas rogo. Vale. Ex mediolano Octauo idus martias.

Franciscus philelphus Alberto zancario S.D.

Excusatoria epistola. CCCXXIII

[d] Eus malefaciat factionibus suspiciõibusq;: quibus fit vt tue meeq; volũtati mos geri non possit. Petieram a principe meo quod te velle intelligebã. Is mihi liberalissime respõdebat vt semp. Omniaq; mea causa facturum se affirmabat. Deinde cum rei cõficiunde studio animaduerto refrigescere. Quod ego moleste ferens: cunctationis causam quero. Tandẽ mihi respondet: se et mea et tua causa velle omnia: vereri tñ: ne istic aliq̃ huiusmodi beneficij genus indigne patiat̃. Itaq; sibi et hominũ habendã esse et tempoꝝ rationẽ. Reliqua tu pro tua prudẽtia cõiecta. Vnũq; tibi psuade: nihil apud me esse antiquius beniuolẽtia nostra. Vale. Ex mediol'.v.calẽdas martias.

Francisc⁹ philelph⁹ Bernardo iustiniano S.D.

Excusat amicū non rescribentē: ꝛ tamen cū vacabit: vt scri bat orat: certiorq́ꝫ fieri petit de statu amici. CCCXXIIII

n Ihil est mihi beniuolentia tua certius. Quid eni non ames quē vir maxim⁹ ꝛ clarissimus pater tuus leonardus ꝛ dilexerit vnice: et sūmis bñficijs affecerit. Itaqꝫ non modo non miror: si quando meis lrīs inuitatus nihil responderis: sed ignosco potius occupationib⁹ tuis: quibus fit: vt neqꝫ amicis possis nec ipse tibi oīno satisfacere. Uerū si quid ocij qñqꝫ nactus fueris: rem mihi facies gratissimā: si ꝛ de te ꝛ de reb⁹ tuis me reddideris certiorē: imprimisqꝫ nūquid in naufragio byzantino iacture quippiā passus sis. Nō eni possum non vereri: ne quid inde tibi detrimēti acciderit ob tuas pecunias quas habebas cōstantinopoli in mercatura occupatas. Ad hec rogo te: vt opuscula illa mea: que abs te meo noīe eloquētissim⁹ medicus petr⁹ thomasius petijt: huic isti tabellario: aut eidē cōmuni amico ad me des. Uale. Ex mediolano Pridie calendas apriles.

Fran. phil. Jacobo cusano iurisperito Sal. di.

Lacessentē se monet vt desistat. CCCXXV

e S tu in me iacobe quottidie q̄ par est importunior: id qđ ne posthac facias: te nō solū moneo: sed etiā hortor ac rogo. Nā q̄q̄ magno aio viri est iniuriā ꝯtemnere: cōtumeliā tñ ferre nemo: si san⁹ sit: debet. Stult⁹ est eni: q̄ ꝛ alioꝝ ꝛ sue dignitatis rationē nō habet. Duo sunt claustra natura lingue obiecta: et dentes ꝛ labra: quib⁹ admonemur: esse nihil effutiendū: sed as

seruãter oĩa prudenterq̃ dicẽda. Neq̃ in testimonijs mẽtiri nos oportet: nã sic sum⁹ in deũ impij: neq̃ in defendendo oppugnandoue aut piuros aut puicacis: id q̃d faciũt ii oẽs: q̃ simplicis aĩe sceleratissimã sectã fouẽt. Tu me satis intelligis. Si iusticiã veritatẽq̃ tueris: nullã mihi facis iniuriam. Sin secus facis: tibiipsi noces. Utcũq̃ res habet: cõpesce linguã: ꝛ me lacescere maledictis noli: ne q̃ irrita tela obtusaq̃ ꝯieceris: retorqueant̃ in te longe acutiora. Tibi lingua est: vt videre videor: ad inuehẽdũ apta At philelpho tuo ꝛ lĩgua ẽ ꝛ arũdo lõge q̃ tibi diuturnior. Itaq̃ sani⁹ tibi ꝯsulas: si me pho vti malis: q̃ vel oratore vel satyro: vt ꝯsueuisti. Uale. Mediolani ex edib⁹ nris Octauo idus apriles.

Franciscus philelphus Nicolao cebe Sal'. di.

Laborare amicum ex crure dolet: ꝛ litteras suas illi non redditas. CCCXXVI.

Abriel vir religiosus: ideq̃ disertus. Qui modo istic g mediolanum petijt: fecit me certiorem: te nescio quomodo ex crure laborare: mirari preterea q̃ nihil tibi ad ea responderim: que de re vxoria ad me scripseras. Utrumq̃ sane dolui: ꝛ q̃ tibi crus molestiam attulerit: ꝛ q̃ gine mee littere tibi reddite minus fuerunt. Nam harum ego alteras publico mercatorum tabellario: alteras leonardo scribe vestri principis ad te dederam. Ne igitur eadem sepius repetam: illarum litterarũ exempla cum his vna ad te misi. Tu vale: ꝛ crus q̃ diligẽtissime cura. Ad hec si quid habes de turcis ad me perscribe. Ex mediolano Tertio idus maias.

¶ Fran. phi. Joanni marchioni mõtisferrati S. d.

Causam silentij reddit. CCCXXVII.

s I nihil tãdiu ad te scripsi: puto idcirco te nõ mirari: q noris id mihi facere nõ licuis... tẽpestates pcellasq bellorum. Nã ego te et amo et obseruo: non solũ q de me sis meritus optime: sed quia dignus es: quẽ boni viri ac docti oẽs et colant et venerent. Itaq si quid in me est: qd tibi sit gratũ: id iure peculij tuũ cense. Ego aũt abs te aliud nihil peto: nisi vt me ames: vt soles. Preterea maiorẽ in modũ rogo te: vt meos illos de exilio libros xenophõti filio ad me des. Uale. Ex mediol. Idib' maijs.

¶ Franciscus philelph' Lombardo collioni S. d.

Litteras petit. CCCXXVIII.

Ue mihi salomõ iudeus nomine tuo exposuit: audiui.

q Miratus autẽ sum: q nullas ad me litteras dederis. Fac igitur abs teipso audiam: que per internunciũ loqueris. Tu me satis superq intelligis. Uale. Ex mediolano Septimo calendas iunias.

Fran. phil. Cicco calabro Equiti aurato Sal. D.

Ostendit se velle rebus suis prospicere. CCCXXIX.

On me latet q abs te non solum diligor: sed etiã amor.

n Nec cupio plus te velle mea causa q possis. Id te rogo dumtaxat: vt quod habes scriptum: id principi hodie: modo liceat: legas. Nam diutius tempus terere iam nulli vsui esse mihi potest. Itaq institui omnino pspicerẽ reb' meis. Tibi vero amico bñfico et optimo me tãtũ debere pfiteor qñtũ alteri

nemini. Uale. Mediolani ex edib⁹ nostris Sexto idus iunias.

Franciscus philelph⁹ Nicodemo trãchedino S.d.
Excusat occupationes amici. CCCXXX:

a Ccusarem ego te ꝑfecto vel obliuionis vel negligẽtie: nisi tuus mihi amor iampridẽ ꝓspectus esset. Quo fit: vt istiusmodi omnẽ de re mea cunctationẽ dem occupationibus tuis: quibus quoniã iam magna ex parte solutus es: te rogo: vt quod mihi corã libenterq́ʒ recepisti: nõ inuitus efficias. Uale. Ex mediolano Idibus augustis.

Franciscus philelph⁹ Christofero marliano S.di.
Pelliri a principe vestem suam petit. CCCXXXI.

v Ideo: licere mihi tanq́ʒ pro meo q̃dã peculiari iure vti ꝛ opera ꝛ officio tuo in oĩ re mea. Quid enim discipuli non debeant p̃ceptorib⁹: p̃sertim iis quib⁹ se norint esse charissimos? Qd te nõ latet: illustris princeps alexander sphorcia vir plane oĩ virtute maxim⁹: mihi dono dedit anno superiore pãnũ rosei coloris: quo pro dignitate sua musarũq́ʒ induerer. Is in hanc diẽ seruatus est integer. Nam ante nõ fuit vsui. Nunc formaꝛ in vestimentũ. quod si min⁹ pellitũ fuerit: videaꝛ ineptius. Pelliri aũt ab alio q̃ʒ ab alexandro: cui⁹ est donũ haud quaquam decere arbitrer. Itaq́ʒ isti dicito meis ṽbis: vt sue munificẽtie: ꝛ nõ ingrate musarũ volũtati pro tp̃e anni ꝯsulat. Uale: ꝛ respõde Ex mediolano. xvj. calendas septembres.

Franciscus philelph⁹ Bernardo iustiniano S.di.
Debitorem quendam dicit esse soluendo. CCCXXXII.

n Ec tu mihi tuos cogitatus primis litteris declarasti: nec ego ex me illos potui coniectare. Sed quoniā a familiari quodā nūc resciui: virum illū: q̄ de antea ad me scripseras: debere tibi pecuniā: te iterū aliter admonēdū putaui eum esse soluēdo nō difficile quantū tibi debuerit. Habet enī bona: que stabilia vocantur: ꝑmulta. Uiuitq; ꝛ victitat lautissime. Itaq; tibi nō esse lōgius differēdū censeo. Ueni mediolanū. Nā oia tibi secunda futura sunt: cū ob alias plerasq; ratiōes: tū quia humanissim⁹ hic ꝑnceps noster ꝛ videbit te libētissime: ꝛ tuū ius omne suū ius esse existimabit. Preterea: qd tibi ante significaui: si min⁹ abundas equis: hic mihi sex sunt: q̄s tibi quoq; volo esse cōmunis. Uale. Ex mediolano Decimo calendas septembres.

Francisc⁹ philelph⁹ Bartholomeo bucinio S. D.

Nec simulandum nec dissimulandū esse. Laudatq; amicum q se totū patefecit sibi: ꝛ pollicetur officium suū. CCCXXXIII.

q Uod te mihi totū ostendis: ꝛ amice facis ꝛ recte. Nā cū in viro bono: tū vel in ꝑmis in amicicia nec simulatū quicquā nec dissimulatū esse oportet. Itaq; videm⁹ ab aristotile dari socrati vitio: qui cū esset sue tēpestatis omniū apud athenienses doctissimus: ꝛ inter alienos diceret ꝛ apud suos: se vnum id scire: q nihil sciret: aliud ꝟo nihil decet profecto quēq;: vt mea fert opinio: se talē oib⁹ illustrare: qualis sit. Ut fucata ꝛ cōficta mulier grata esse nō potest: ita etiā illa que coloris bonitatē venustatēq; occultat: in vitio esse cōsueuit. Qd si omni in re cōsiderandū est; eo magis in amicicia; que eē certe nullo pa-

cto queat: nisi oi ex parte pateat pspicuaqz sit. Egisti igit p officio: q te primis lris nō solū in cute: vt aiunt: sed intus qz ita mihi te cognitū reddideris: vt ea que oculis cernunt. Delectat me sane ingeniū tuū: delectat oratio: placet eruditio: periucūda est humanitas. Q me vo ita laudas: ita obseruas: id exuberantem quādā dilectionis erga me tue amorisqz abundātiā pre se fert. Et qqz non ista mihi est de me opinio: quam tibi esse aīaduerto: non tn moleste tuli: ita abs te sentiri: quo sis in me amādo alacrior. Ego autē illud tibi vnū polliceor: oia me tua causa prestiturū: q tibi vel cōmodo vel iucūditati fore cognoro. Nō eni potes mihi nō eē charissim⁹: qui z doctus sis z disertus z bonus: meiqz amātissimus. Uale. Ex mediolano Calendis septembribus.

Frācis cus philelphus Petro nucetano Apostolico secretario Salutem dicit.

Amico grās agit pro bnficijs: z libros illi mittit. CCCXXXIIII.

m E indies magis atqz magis tibi obstrīgis plurimis tuis ac maximis beneficijs. Itaqz tantum me tibi debere fateor: quātū ab me dissolui posse desperē. Qd aūt volūtate possum: id certe ita libēter facio: vt vix aliud quicquā magis. Quare cū aīaduerterim te mea litteraria z ingenij monumēta delectare ɔsucuisse: duos codices ad te dedi: quos a filio xenophōte corā accipies: ab eodēqz intelliges quib⁹ in rebus tuo officio vti velim. Tu: si quid est: qd mea opera tibi prestari possit: id totum in tua esse potestate positum existimato. Uale. Ex mediolano Nonis Nouembribus.

Fran.phil. Nicolao quinto summo pōtifici S.D.
Petit quippiam a summo pontifice. CCCXXXV.

q Uid in causa fuerit: q̄ serius ad tuam beatitudinē vel scripserim vł miserim: e filio xenophōte corā accipies: simulq̄ cognosces: et q̄ mea mens sit: et quid cōsilij ceperim. Tue aūt māsuetudinis benignitatisq̄ fuerit: id pstare: qd a me fidentius fortasse q̄ par sit: verū beniuolētissimo in te animo pientissimoq̄ petit. Uale pat beatissime. Ex mediol. Nonis nouēbrib.

Fran.phil. Dominico cardinali firmano S.D.
Operam petit cardinalis. CCCXXXVI.

c O maiore cum fiducia tuis beneficijs vsur adueni: quo te iā pluris annos beneficentissimo vsus sum. Nā vel a bononiensi vsq̄ legatione tantā mihi beniuolētiā tuā ostendisti: vt nihil esse abitrer: nec magnū nec paruū: qd mea causa factur non sis: psertim cū eum me esse cognoris: apud quē nullū sit itermoriturū officiū. Nā quā referre parē grām nequeā: eam habere q̄ maximā et velim et soleā. Quid aūt abs te cupiam: xenophon filius tibi coram tempestiue declarabit. Uale pat clementissime. Ex mediolano Nonis nouembribus.

Franciscus philelphus Matheo ioanni S.D.
Gratum se ostendit. CCCXXXVII.

c Um mitterem xenophōta filiū ad alphonsum regem: tu mihi vnus vel in primis occurrebas: cui mihi recordatio iucundissima sit. Nō eni obliuisci possum: q̄ mihi sigularē beniuolētiā prestitisti; cū anno superiore in regijs ca-

stris tua et opera et officio vsus sum. Itaq; nisi te vehemēter dili gā: ingratus sim: qui haberi gratissim⁹ nō cupio solū: sed etiā stu deo. Vellē admodū libent: aliqua mihi offerret occasio: tibi grē referende: quā tñ ita habeo: vt maior haberi cuiquā haud queat. Quare tuū sit: & me & meis reb⁹ oibus non secus vti q̃ tuis. Qd si feceris: magna me afficies voluptate. Nā ego tua vti opera et studio nunq̃ desistā. Cetera tu e xenophonte corā accipies. Va le. Ex mediolano Nonis nouembribus.

Franciscus philelph⁹ Petro nucetano Apostolico secretario Salutem dicit.

Litteras mittit filio reddendas. CCCXXXVIII.

e Tsi xenophonti filio hinc abeunti mādaui oia diligen ter: que ab eo fieri vellem: tamē non esse ab re duxi: vt iterum litteris admoneret. Itaq; rogo te: cū primū istuc puenerit: eumq; videris: nam cōtinuo te adibit: litteras hisce introclu sas eidem reddendas cures. Reliqua tu corā ex eo accipies. Va le: et me sanctissimo domino nostro commenda. Ex mediolano Tertio idus nouembres.

Franciscus philelphus Blasio axeretensi S.d.

Hortatur amicū ad vicissitudinem litterarū. CCCXXXIX

n Escio sane vter nostrū magis sit accusandus: ego ne: q̃ iā diu nihil ad te litterarū dederim: an tu: q̃ ne nri q̃dē memineris. Nā ego de te tuaq; salute q̃siui sepenumero vel ex tuis: id qd tibi nūciatū esse nō sum nescius. At nemo istinc venit: ex q̃ potuerim itelligē: an de me vnq̃ nostraq; amicicia mē

tionē feceris. Uerū idcirco ignosco tibi: q acceperim te totū esse amori deditū: quem ne cecū esse patiaris: te plurimū rogo. Sed vtcūq3 res habet: posteaq3 ipse glaciem fregi: vt aiunt: tui officij fuerit: vt itineri te accingas: vt mutuis lr̃is vna simus: vnaq3 assi due colloq̄mur: mutuisq3 int̄ nos officijs ɔtendam⁹: q̄b⁹ eq̄ vincē atq3 vinci ꝑpulchrū est. Uale Ex mediolano Calēdis ianuarijs.

Frācíscus phil. Nicolao didoni Medico S.D.
Codicem Alberti magni petit. CCCXL.

a Ccepi a nōnullis: tibi esse illud alberti magni opus: qđ de angel' inscribit. Id qm̄ laudari video a viris doctis et sapiētib⁹: videre plurimū cupio. Nec sum veritus: abs te petē vt huic meo desiderio ipse opituleris vel venu vl' cōmodato. Nā si qua in re tibi opus esset officio meo: nihil a me frustra peteres. Propediem xenophon filius neapoli ad nos rediens istac iter facturus est: cui velim vel istiusmodi ad me codicem des: vel lr̃as: quib⁹ intelligā: quid facto sit opus. Uale. Ex mediolano Tertio idus februarias. Anno a Uirgineo partu. M.cccc.lv.

Francisc⁹ phi. Enico dauolo Equiti aurato S.D.
Filij causas expediri rogat. CCCXLI.

s It ne adhuc neapoli xenophon fili⁹: an min⁹ sit: nihil habeo certi. Illud mihi plane certi⁹ oī re certissima: me tibi esse charissimū: ꝛ ne id quidem iniuria. Non enim es nescius quātus est erga te amor meus: q̄ fides: q̄ obseruantia. Itaq3 mea oīa tibi maxime cure esse certe scio. Q̄ si forte acciderit: vt nōdū xenophon neapoli abierit: ob occupatiōes vel tuas vel regias: cura obsecro: ne diutius tp̄s terat. Uereor: enī fore: vt iter min⁹.

sit tutum habiturus: si longiorem moram apud vos gerit. Nam comes iacobus perusin⁹ propediem in flaminiã picenũq; profecturus cũ exercitu ↄhibet. Preterea quid ego factur⁹ sim nescio: nisi rem oẽm meam ex filio ante cognoro. Reliqua tu pro tua prudentia nõ difficile cõsiderare queas. Uale. Ex mediolano Septimo calendas martias.

Franciscus philelphus Nicolao trãchedino S. di.

Reddi petit filio lrãs: vel properet domũ. CCCXLII.

p Osteaq; hinc abieras: mihi reddite sunt littere a xenophonte filio. Itaq; mihi visui est: vt is mentẽ meã q̃primũ sentiat. Nam si secus fiat: diuturniorẽ morã cũ neapolitanis videt esse facturus. Itaq; mihi facies rem pergratã: si operã dederis: vt meas hasce lrãs propediẽ fili⁹ accipiat. Utere diligẽtia & fide ea que soles in philelphũ tuũ. Preterea q̃ florẽtie abs te curatum iri volebam: vt perficias rogo. Uale. Ex mediolano Pridie calendas martias.

Franciscus philelph⁹ Alberto zanchario S. D.

Recte se consuluisse dicit. CCCXLIII.

r Espõdi ꝓximis dieb⁹ ad ea q̃ mihi scripseras ex publico decreto. Tibiq; diligẽter apui sentẽtiã animi mei: in quã ipsaz si a vob q̃z itũ fuerit: habebũt oia recte. Reliquũ est: ne differas: sz q̃primũ ad me lrãs des: quib⁹ fiã certior de re oi quã nrã interesse iudicab. Uale. Ex mediol. Pridie calendas iulias.

Franciscus philelphus Guilielmo vrsino Francie cancellario Salutem dicit.

Desiderat litteras amici: et libros illi mittit. CCCXLIIII.

e Xistimo fieri aut nuncioꝝ negligētia: aut etiā fortassis occupationib⁹ tuis: vt lrē tue vel mihi nō reddant: vel nō eant ad me. Nam me tibi humanissimo viro esse charissimū nō sum nesci⁹. Ceterū velim scias in eadē me esse sentētia quā antea ad te scripsi. Qua de re eruditissim⁹ philosoph⁹ ac medic⁹ thomas coronēsis tecū v̄ba faciet. Ad hec dedi ad te ioanni cosse viro nobilissimo opus meū satyricū satis emēdatū: et si minus elegāti codice ꝑscriptū: malui tñ aliqd ad te dari: ꝙ pati: vt vir vterq₃ nostrū amicissim⁹ monumētis meis oīno vacuus ad te iret. Nam aliud quicquā ꝑ id tp̄is nihil mihi erat in manu. Vale

Ex mediolano. xiiij. calendas augustas.

Franciscus philelphus Joanni mario filio Sal. d.

Hortatur filium ad bonas artes. CCCXLV.

p Lacuit carmē tuum: placuit epistola. Queq₃ scripsisti omnia me plurimū delectarunt. Quibus autem honoribus te florētissimus sabbaudie dux ornarit: illis te facito dignum prestes. Quod ita maxime consequeris: si cum doctrinam: tum non minus diligentiam ingenij bonitati adhibueris. Videre enim in te filium videor: quod stoicis placet: non ingenij min⁹ ꝙ corpis vim quādā a patre emanasse. Sed ea vis oīs audiēdo: legēdo: meditādo: docēdo: disserēdo: scribēdo excitat alit: augescit. Itaq₃ nolim industria diligentiaq₃ min⁹ ꝙ ceteris vel nature vel discipline ꝓstātijs fret⁹ esse perpolitusq₃ iudiceris.

Anno.M.cccc.lv.

Reliqua omnia que petiisti p lrās curabo tēpestiue. Nā ad ea cōtinuo psuādēda tps mihi nō fuit. Sed cū xenophon fili⁹ istinc ierit: id qd propediē est futurū: morē gerā tuo desiderio. Amicus tuus vl' noster potius vir nobil' ariminus nostro officio vti noluit. Uale cū vxore ⁊ filiis. Ex mediolano Tertio nonas augustas.

Frā.phi. Lucinio genuensi iurisconsulto S.D.

Gratificat amico duplici ratione. CCCXLVI.

a Ccepi ex lris ioannis marii filii: cum eximiā tuā erga se multis in reb⁹ benignitatē: tum singularē beniuolentiā erga me. Quo qdē duplici liberalitatis genē facile admoneor: vt te nō diligā solū: sed etiā maiorē in modū amem. Qd eo facio libētius: q eū te virū esse intelligo: qui ⁊ ciuili sapiētia: ⁊ bonarū artiū disciplina ingētiq virtute tal' tantusq sis: vt a pbatissimis oib⁹ optimisq viris iure obseruādus colendusq iudiceris. Itaq nō mō q in me amando in filioq mihi dilectissimo amplificando officiosissimū te pstiteris atq pstes: es mihi inter amicissimos habēdus: sed etiā q is sis: quē vel nullo puocati bñficio boni ⁊ docti oēs debeant oī beniuolētia psequi. Habe igif me in tuis: meq vtere pro volūtate tua. Nunq te tua de me fallet opinio. Uale. Ex mediolano.xiiii.calendas septembres.

Franciscus philelph⁹ Augustino dathio S.D.

Causam cur non rescripserit narrat. Deinde laudat amicū ab eloquētia. CCCXLVII.

n Olim tibi psuadeas: vlla mea vel negligentia vel tua obliuione factū esse: quo minus ad tuas vnas supiores

litteras tibi respõderim. Nã vt scire longo iam vsu potuisti: nec me omni etiã in re diligẽtior est quisquã: nec tui obliuisci queam: a quo me norim nõ secus amari obseruariq; quam si esses filius. Sed mee mihi occupatiões huic dulci pioq; officio fuerũt ipedimẽto: quibus ipsis et si sine nũc quidẽ sim vacuus: malui tamẽ vel paucis ad te respõdere: quam prestare diuturniore silẽtio: vt iure videri possem obiurgãdus abs te. Delectauerũt me vehemẽter tue littere: quippe que testes locupletissime sint: non minus prestãtissimi tui igenij: quam sũme erga me pietatis. Placet eruditio: placet orationis nitor: in primisq; tua modestia et humanitas. perge igitur vt cepisti: quo tũ beniuolentia tua te indies magis magisq; diligamus: tum pristine nostre doctrine fruct⁹ ex tuis disertissimis mo numẽtis quottidie capiamus vberiores. Vale. Ex mediolano Tertio idus septembres.

Franciscus philelphus Bartholomeo scale S. D.

Negocium nondum perfecte dicit. CCCXLVIII.

Scripsi ad te breuius: quam et ipse velles: et mihi opus esset. Sed nõ multo post: cũ quid plus ocij nactus fuero: tibi simul mihiq; faciã satis. De re vermia; quod scire cupis: totũ est in expectatiõe. Amic⁹ eni ille: qui eo loci ipse perfect⁹ est: nondũ rediit mediolanũ: aiunt tamen ad triduũ redditurũ. Cum primũ reuerterit: oia cognosces. Tu interim vale; et nos ama. Ex mediolano Tertio nonas octobres.

Franciscus philelphus Stephano cornelio Regio secretario Salutem dicit.

Libros absolutos esse docet. CCCXLIX.
Ep'las aliis tradendas mittit: ac de futuri t'pis q̄litate inquirit.

I Libelli tui iam pridē sunt absoluti. Itaq3 eos habebis cū voles. Verum ne diutius differas moneo. Librari⁹ enim leuiusculus est planeq3 morosus. Cū hisce ternas litteras ad te dedi: quarum vne ioanni coxe reddēde sunt: idq3 q̄ primū: altere guilelmo francie cācellario: tertie thome greco karoli regis medico. Nihil es mihi factur⁹ hoc tēpore gratius: q̄ si operā dederis: vt he oēs littere et q̄ celerrime et q̄ diligētissime reddant. Si quid aūt epistolarum ad me dederis: cui cōmendes etiā atq3 etiā cogita. Nolo enī res meas diuulgari hoc p̄sertim tē pore: quod non omnino caret suspicione. Scire ex te cupio: quid facturū putes: bellū ne an pacē. Hoc v̄o idcirco a me querit: quo niā institui in hispania breui, p̄ficisci ad apostoli iacobi tēplū vo ti soluēdi gratia. Vale. Ex mediolano Idibus nouembribus.

Franciscus philelphus Guilelmo vrsino Fran cie cancellario Salutem dicit.

Opera sua mittit amico: a quo et litteras petit et fauorem in tabellarium. CCCL.

C Um manuel iacob nostri hui⁹ p̄ncipis nomine ad chri stianissimū regem karolū iter faceret: idoneus nunci⁹ visus est: cui meos libros de exilio darē ad te dono. nā iam pridē sum ex multis certior fact⁹: te affici hor desiderio. Est etiā cum his ꝛ lōgior quedā ad regem aduersus infideles episto la: ꝛ carmen quoddā itē lōgiusculū. Si tibi morē gessero: res erit

mihi ꝑgrata. Abs te aūt duo sunt que petā. Unū: vt tuas litteras ad me des: et quidē talis: qualis maxime expecto. Alterū: vt manuelē hūc: quātum scililet ad expeditionē ei⁹ attinet: ita tractes: vt itelligat: meas sibi cōmēdationes fuisse nō inutiles. Uale. Ex mediolano Decimo calendas decembres.

Franciscus philelphus Thome coroneo philosopho ac medico Salutem dicit.

Litteras sibi non esse redditas dicit. CCCLI.

n Icolaus trachaniotes et alexānder canan⁹ a vobis in italiā redeuntes: cū mediolanū mei visendi gratia diuertissent: me tuo noīe monuerūt dedisse te litteras ad me: quib⁹ fierem omni de re certior: quā mea interesse putasses. Itaqꝫ volui: ne esses nescius: nullas mihi redditas eē tuas lrās. Quare si me amas: quod certe facis: facito vt itelligā: quid tibi agendū sit. Uale. Ex mediolano Pridie calendas ianuarias.

Francisc⁹ philelph⁹ Joanni andree abbati S.D.

Ostēdit amico: quid sperandū: quidue vitandū sit. CCCLII.

e T si nudiusquart⁹ litteras dedi ad te alteras de re tua: tū quia interdum vel nūcij sunt negligētes vel tardiores: repetā paucis que antea scripserā. Negociū tuū apud ꝓncipē et forti: et firma: et tota acie sum aggressus: putoqꝫ nobis ex sentētia nostra successurū. Tu aūt istic cura: vt itē littere apostolice eant ad principē: et alie quoqꝫ a iacobo nostro calcaterra disertissimo iuriscōsulto: et cū iisce etiā tue submisse ꝑhumane ac supplices. q̄s oīs mihi ꝑmo reddi volo: ne si forte alij fuerit

reddite: aut nihil referat ad pncipē: aut secus q̄ op⁹ sit. Dabisq̄ operā: ne collati beneficij littere emanent in cōpetitorē tuū. Hec si feceris: omni te sollicitudine molestiaq̄ soluā. Rem paucis tenes. Uigila. Si nicodem⁹ tranchedin⁹ istuc aduenerit: eū velim noīe meo horteris: ne litterarū mearū: quas cupio a summo pōtifice cōfirmari: obliuiscat. Tuq̄ si opus fuerit: rem adiuua. Uale Ex mediolano Pridie idus februarias. Anno. M.cccc.lvj.

Franciscus philelph⁹ Petro perleoni Sa. D.

Promittit officium suum. CCCLIII.

f Aciam quod petis & libenter & cito: neq̄ erunt vlle tāte mee occupationes: quib⁹ ab officio impediar. Tu interea tēporis bono sis animo. Et vale. Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Francisc⁹ philelph⁹ Gregorio typhernio S. di.

Promittit pluribus verbis officium suum. CCCLIIII.

c Ommēdatio tua de laurētio veneto erit mihi loco alieni conflati eris. Nā non aliter ei oībus in rebus sum adfutur⁹: ac si esset filius. Qđ non solū tua causa sum factur⁹: id qđ maximū habet apud me pōd⁹: verū etiā mea: q̄ maximo sum abs te dono affectus: cum eum mihi cōmendaris: qui dignus est: vt & diligatur & amet ab oīb⁹. Itaq̄ noli de me quicquā dubitare. Nam nihil est: quod malim: q̄ tibi morē gerere. Uale Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Francisc⁹ phi. Enico dauolo Equiti aurato S. D.

Gratum se dicit de beneficijs acceptis. CCCLV.

d E volũtate alphonsi regis erga me: ꝛ de studio diligẽ
tiaq; tua nõ ɔiecturis ꝛ argumẽtis firmissimis solum:
sed multis etiã beneficijs iam pridẽ certior factus sum.
Itaq; tibi velim idubitato psuadeas: nihil eẽ apud me antiqui⁹
gratitudine. Et ne lõgior sim tecũ q̃ par est; propediẽ: vt spero:
obsequar volũtati ɔsilioq; tuo. Vale: ꝛ maiestati regie me q̃ dili
gẽtissime cõmẽda. Ex mediolano Undecimo calẽdas martias.

Franciscus philelphus Antonio beccharie S.D.

Arguit quendam furti: ꝛ librum repetit. CCCLVI.

m Onui te antea semel et iterũ per litteras; vt plutarchi
parallela; q̃ hinc abiens tecũ asportasti me inscio; mi
hi curares reddenda deniq;. Tu vo neq; das codicem
neq; lrãs. Itaq; nõ possum fidẽ boni viri nõ desiderare in te. Nõ
enim facis vt te decet. Quid eni aliud fuit: asportare clam illius
modi meũ codicẽ: me non modo inuito: sed totius tue abitionis
inscio q̃ vl' rapere vl' furari? Quo eni debeo alio vbo vti cũ nihil
omnino respondes? Itaq; te etiam atq; etiam hortor ac moneo:
ne mihi moueas bilem. Sed cura vt meus codex q̃primũ ad me
redeat. Vale. Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Franciscus philelphus Augustino datho S.d.

Silentium excusat. CCCLVII.

m Iror quid in causa sit: q̃ sepe meis litteris prouocatus
nihil oĩno in hanc diem respõderis; cũ nõ tacẽdi a nob
sed dicẽdi artẽ didiceris. Nec eni puto te vsq; adeo occupationi
bus obrutũ; vt nihil oĩno tibi detur ocij ad officium. Quid abs

te velim: & quid te deceat: non es nescius. Uale. Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Franciscus philelphus Lodouico caselle S.D.
Dotem filio petit sibi impetrari a principe. CCCLVIII.

n

Jsi tua beniuolentia iampridem certissimis documentis perspecta esset: vterer fortassis accuratiore oratione. Sed vix est quicquam magis alienum ab amicicie diffidentia. Quare cum liquido itelligam: te esse percupidum meorum commodorum: in re presertim & honesta & pia: vtar & breui tecum & apta dictione. Permulta mihi incommoda sunt: sed vnum sane omnium molestissimum: quod grandiuscula mihi est filia: & ea quidem moribus modestissimis. Unde hanc tradam viro: mihi satis non est. Desunt enim ad dotem aurei ducenti. Rogo te: id meo nomine nuncies duci borsio: eumque tua illa suaui eloquentia: qua durissimos etiam lapides soles demolire: non ores modo sed exores: ne patiatur me diutius huiusmodi angi incommodo. Haud enim dubito: qua facilitate ac munificentia est nobilissimus iste princeps: non iuitus opem tempestiue feret huic tante mee necessitati Tibi vero habebo gratias immortales. Tecum longior esse nolo. Nec enim oportet: cum & natura sis hummanissimus & mei amantissimus. Uale. Ex mediolano Undecimo calendas martias.

Franciscus philelphus Nicodemo tranchedino S.D.
Pecunia vt sibi soluatur petit. CCCLIX.

d

Edi litteras heri ad te pigello negociatori cosmiano: quibus fiebas certior: nihil esse sperandum de exigenda pecunia quam petro paulo illi tuo credidisses. Pugnat enim

cũ inopia. Itaq₃ quo magis eget nũmis: eo verboꝝ plus habet. At verba emere vẽdenti verba non expedit. Proinde si me amas qđ certo facis: cura vt ea mihi pecunia soluatur hic a pigello vel cũ meo aliq̃ detrimẽto: vt mẽsarioꝝ mos est: hoc est: vt istic noie meo plus des: ⁊ hic mihi reddat̃ minus. Nam malo huiusmodi subire detrimẽti gen⁹: q̃ʒ incõmodari diuti⁹. Rem matura. Et vale. Illustrẽ principem meũ mecenatẽ karolũ gonzagam magno ⁊ excelso animo virum saluere plurimũ opto. Ex mediolano Octauo calendas martias.

Franciscus philelphus Lodouico caselle S.D.

Promittit obsequium suum. CCCLX.

i Ntelligo indies magis: id quod certe dubitaui nunq̃ʒ me tibi esse charissimum. Itaq₃ tibi velim omnino persuadeas: eum esse philelphum tuũ: quo de tibi possis omnia polliceri: que vel grati animi sunt vel ingenui. Uale. Ex mediolano quinto idus martias.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Litteras annexas reddi petit amico. CCCLXI.

r Em mihi facturus es admodum gratam: imprimisq₃ periucũdã: si litteras hisce tuis annexas reddi curaueris karolo gonzage ⁊ q̃ʒ celerrime ⁊ q̃ʒ diligẽtissime. Quod vt facias: te maiorẽ in modũ rogo. Preterea si q̃d noui habes de thurcis rebusq₃ orientalibus: fac vt sciam. Uale. Ex mediolano Pridie idus martias.

Franciscus philelphus Francisco aleardo S.d.

Arguit amicũ: libros non reddidisse. CCCLXII.

g albe othonisq; cesarũ vitas: quas e grecis latinas red
diderã; pmisisti hinc abiens fore: vt ante mensem red-
dendas mihi curares. At iã pterit totus ann⁹: cũ neq;
ille: nec lrẽ tue vlle vsquã apparẽt. Bonũ aũt virũ te eũdẽq; nob
amicũ esse arbitror. Itaq; nõ possum equidẽ nõ mirari: qd in cau
sa fuerit: vt tãdiu ⁊ mihi ⁊ amicis pluribus: q̃ istiusmodi vitas vi
dere desiderant: ⁊ incõmodaris ⁊ incõmodes. Nisi fortassis alij
quidã sunt apud vos veronensis q̃ apud reliquã italiã menses.
Nã si vt mensis apud egyptios anni loco ducebat: ita apud vos
annus pro mense habeat: rediisse iam tandẽ ad me debuerãt libel
li mei. Vale. Ex mediolano Nonis aprilibus.

**Franciscus philelphus Petro thomasio philo-
sopho ac medico Salutem dicit.**

Gratulatur amico: qui ex egritudine conualuit.
Hortaturq; vt curet valitudinem suam. CCCLXIII.

n On pri⁹ mihi quicquã de tua amissa valitudine est re-
nũciatũ: q̃ de recuperata ex tuis lris itellexi. Nullis cer
te occupatiõib⁹ meis esset intermissa dulcissima nostra
cõsuetudo scribẽdi: si qd mihi antea fuisset de tua egrotatiõe au-
ditum. Qua esse te liberatum ita letor: ita gaudeo: vt alia de re
nulla magis possim. Reliquũ est: vt oẽm curam diligentiãq; ad-
hibeas: quo te possimus q̃diutissime frui. Quod vt facias: te p
amiciciã nostrã rogo etiã atq; etiã. Ego carminũ op⁹ hoc tẽpore

sum editur⁹: id q̄d regis francoꝝ karoli dicaui nomini. Tu velim lr̄as meas tuis hisce inclusas q̄ celerrime et q̄ accuratissime reddi cures mecenati meo karolo gōzage. Uale. Ex mediol. Idib⁹ Aprilibus.

Franciscus philelph⁹ Fazino forobronūciano S. d.

Causam silentij reddit: et aliqua sibi exscribi petit. CCCLXIIII

Quod posteaq̄ asparagos ad me dederas nihil ad te scripserim aliud quid putas fuisse in causa: q̄ expectasse me: vt quod lautissime ceperas secūdares? Id quoniā iā plane aiaduerto: nequaquā abs te factū iri: cogitaui excitādū te esse: vt si vel hac via munificētior reddi posses. Sed iterea loci maiorē in modū abs te peto: vt spartiani ac reliquorū scriptorū quos istic esse audio: vitas imperatorias mihi omnino exscribi cures. Uale. Ex mediolano Decimo calendas iunias.

Franciscus philelphus Petro thomasio philosopho ac medico Salutem dicit.

Accusat q̄ndā q̄ rē inuerterit. Itē de thurcis memit. CCCLXV

Amicus ille tuus nec orationē mihi tuam ostendit nec epistolam: idcirco vt arbitror: q̄ oia verterit in suum vsum. Ita est eni mos hominis: quippe qui disert⁹ haberi cupiens: alienis se vestibus nō iuitus ornat: graculū scilicet imitatus: quē aquile pennis quādoq̄ indutū fabulātur. Quare dū tua legi vis: tibi post hac prudēti⁹ ꝯsule. Nō eni recte cib⁹ esurienti cōmittit. Quid apud vos noui ferat de thurco machometo desidero audire: ociat ne an negociat: et vbi sit gentiū. Nā certi nihil ad nos affertur: q̄q̄ sunt qui eū in triballos cū maximo

t

robustissimoq; exercitu ad quingēta hominum milia processisse affirmēt aduersus spendorobū: quod est munitissimū oppidū ad danubiū positum e regiōe vngarie. Nos dormim⁹. At thurci vigilant. Vale. Ex mediolano Nonis iunijs.

Franciscus philelphus Procellio Salutē dicit.

Commodata repetit. CCCLXVI.

Verborū exercitato peritissimoq; artifici verbis op⁹ non est: presertim ei qui non latinā solum: sed etiā grecam sapit calliditatem. Itaq; rogo te: vt libētissime mihi commodata fide bona restituas. Vale. Mediolani ex edibus nostris Tertio calendas decembres.

Franciscus philelph⁹ Xenophonti filio S D.

Doctrinā cū bonitate coniūcta esse debere. CCCLXVII.

De mātuano episcopo: que scripsisti: legi perlibēter. Et si nihil certi notificasti: audio istum antistitē & doctū esse & bonū virū. Equidē neq; bonitatē cuiusquā facio multi: vbi is careat doctrina: neq; doctrinam in precio esse habēdā reor: que bonitate sit nuda. Tu satis potes aīaduertere: que mea sit mens: que volūtas. Itaq; etiā atq; etiā caue: ne qd agas temere. Odorare oīa diligēter: ne sinas te falli. Satis es admonitus. Vale Ex mediolano Calendis decembribus.

Francisc⁹ philelph⁹ Lodouico cunij comiti S.D.

Amicū orat: vt filio consulat bene. CCCLXVIII.

Xenophon filius cupit peregrinari: id qđ ei faustū fortunatumq; sit: vehemēter opto. Rem mihi feceris gratissimā: si quo tēpore mantue fueris: ingres oīa diligen

ter: vt intelligas quo iter cedit. Eumq; accersas ad te persepe ac
moneas: que ei cōductura existimaueris. Nam nescio quo nact⁹
astro quedā appetit supra vires. Cōpescendus est ei⁹ impetus:
ne sese p̄cipitē dedat. Probo est ingenio ⁊ compositis morib⁹.
Sed quiddam habet: nescio quid: lōge se altius. Tenes quid ve
lim. Vale. Ex mediolano Calendis decembribus.

¶ Franciscus philelph⁹ Xenophonti filio S.D.

Librarium ad se mitti iubet. CCCLXIX.

Uperiorib⁹ diebus bartholomeo platynēsi mantuam
s repetēti litteras ad te dedi: quibus ad ea oīa respondi
que ternis antea l̄ris mihi scripseras. Nūc aliud nihil
erat: quod scribēdū esse oporteret: nisi vt patauū librariū ire ad
me cures: quē tractabo nō humaniter solum: verum etiā libera-
liter: si quidē talē experiar: qualem predicas. Tuā istic morā non
possem nō ꝓbare: si quid certi audire tibi constitutū. Nam spem
precio emere stultū est. Tu tamē facito: ne quis te leuitatis accu
sare iure queat. Vale. Ex mediolano. iij. nonas decembres.

¶ Franciscus philelph⁹ Blasio ghilglino Abbati
diui ambrosij Salutem dicit.

Minatur cuidam: nisi libros reddat. CCCLXX

Buteris blasi ghilgline facilitate modestiaq; mea. Et
a facis tu q̄dē minime liberalit: q ⁊ orōnes meas: ⁊ libellū
quē de vita ⁊ morib⁹ illius sanctissimi patris ac sapiē-
tissimi viri pietissimiq; pōtificis nicolai quinti nup scripserā: re-
petēti mihi tā sepe: reddere vel neglexeris vel nolueris. Itaq; di
co tibi: nisi ante christianā resurectionē hec oia mihi restitueris:

omnino forte: vt facilitatis post hac mee & vsitate nimis in te mo
destie ita oblitũ sentias: vt neq; me vnq; velis nec aliũ quẽquã
fallere. Nã dabo operam: vt de laudatissima tua ista ꝯsuetudine
moribusq; grauissimis nulla vnq; etas: nulli populi conticescãt.
Uale. Ex mediolano. ix. calendas martias. Anno. Mcccc.lvij.

¶ Fran. phi. Othoni carreto iuriscõsulto S.d.
Litteras alteri reddendas mittit. CCCLXXI.

q Ui diui ambrosij monasterio mediolani abbas preest:
quedã opuscula mea iam pdẽ accepit cõmodato. Hec
dũ repeto: dat hõ simplex ac minime ꝟsutus ꝟba semp.
Itaq; institui bello rem decernere: posteaq; iure nõ licet. Sed an
teq; in aciẽ descẽdo dimicaturꝰ: duxi hoiem admomẽdũ. Quare
te rogo: vt meas lrãs hisce occlusas ei reddendas cures: meq; fa
cias q̃primũ certiorẽ: malit ne oino insanire: an aliqñ resipiscere
Nã nisi blasius ghilglinus satisfecerit propediẽ suo muneri: ego
vtar meo. Uale. Ex mediolano Nono calendas martias

¶ Frãciscus philelphus Xenophonti filio S.D.
Filiũ admonet: vt sibi caueat. CCCLXXII.

a Ccepi tuas lrãs ex venetijs: qs tuus ille familiaris ve
ronẽsis mihi reddidit. Laudo tuã istuc ꝓfectionẽ: mõ
salutis habeas rationẽ. Audio eni istic laborari pestilẽtia. Itaq;
ratio tibi habẽda est valitudinis. Et vetus mihi est & sũma ami
cicia cũ viro clarissimo bernardo iustiniano leonardi filio: cui te
debes familiarẽ reddere. Is eni tibi non parũ ꝓdesse poterit: id
quod vel suo ingenio: vel mea causa nõ inuitus faciet. Marche
sium nostrũ bene valere cupio. Angela soror tua ad resurrectionẽ

christianā tradet viro: cui desponsata iam est. Saluere plurimū opto atq; cupio phebū capellā cācellariū: q̄ facito ne te ignoret. Est eni & honestus vir: & mihi amic⁹ imprimis. Itaq; tibi auxilio erit maxime. Uale. Ex mediolano Quinto calendas apriles.

¶ Franciscus philelphus Paulo cusano Sal. di.

Rūdet illi q̄ eū laudauerat & orationes petierat. CCCLXXIII

d Elector ingenio modestiaq;: q̄ in scribēdo vteris. Facile eni futurū spero: vt expectationi patris tui viri grauissimi respondeas: quippe q̄ in virū sis ꝓbū ꝑdoctūq; euasurus. Q aūt me tātope laudaris binis iam lr̄is tuis: id nō tā vero: q̄ȝ abundātia q̄dā amoris erga te mei factū intelligo. Itaq; habeo tibi nō mediocrē gratiā. Orationes mee q̄s petis: plures apud me non sunt. Hospitant eni apud amicos: alie apud alios. Cū primū domū reuerterint: dabo operā: ad te veniāt. Que aūt domi erāt misi tibi. Si quid est in me aliud: quo tue volūtati gratificaturus sim: id tibi pro voluntate adesse arbitrare. Uale. Ex mediolano Octauo calendas apriles.

Franciscus philelphus Joanni medici Sa. S.

Carmina mittit. CCCLXXIIII

q Uos recōciliata int̄ nos grā carminū libros vltro dare ad te institueram: dedi etiā eos libētius acceptis lr̄is tuis: quibus significabas: tibi mea scripta esse nō iniucūda. Nec volo existimes huiusq; nostra munuscula calcē siste. Nā ꝑpediē alia subnectā. Interim ita me dilige: vt intelligā meā recōciliatā beniuolētiā tibi eē nō ingratā. Uale. Ex mediol. iiij. cal's maias.

Fräciscus philelphus Petro medici Salutē dicit.

Hippocratis libros mittit amico. CCCLXXV.

d Uos hippocratis libros: alterū de flatibus: alterū de passionib⁹ corporis; quos iam pridē e greco ꝟtim⁹ in latinū: idcirco dedi ad te: vt vel curares: vel tuereris valitudinē tuā. Nā pro recōciliata inter nos grā te nō mediocrit diligo: id quod sane facit: vt tibi cupiā esse q̄optime. Lege igit hosce libros: ⁊ eorū preceptis vtere. Quod si feceris: sicuti pro tua prudētia facturū te certe scio: nō dubito fore vt indies meli⁹ ꝯualescas. Fuit eni hippocrates vir ꝑfecto nō mō doct⁹ ⁊ eruditus egregie: ſȝ qđ eruditionis est ꝓpriū: prudētissim⁹: ⁊ idē: si qđ ad rem valet: eloquētissim⁹. Uale. Ex mediol'. xiij. cal'as iunias.

Fran. phi. Nicolao canali Patricio veneto Sa. d.

Certior fieri cupit. CCCLXXVI.

q Uid abs te velim: ⁊ cui⁹ grā: ex iis itelliges q post has lrās vel poti⁹ in his lrīs scripta inuenies. Feceris autē mihi rem admodū gratā: te aūt nō indignā: si me q̄primū feceris de iis oībus certiorē q̄ ad te scripsi. Qđ vt facias: te etiā atq; etiā rogo. Uale. Ex mediolano. xiij. calendas iunias.

Franciscus philelphus Gabrieli theologo S. D.

Arguit vituperantem se. CCCLXXVII

f Rater robertus ꝯterrancus iste tuus: si nulla ꝓuocat⁹ iniuria vel amicū vitupat: qđ faciat inimico. Agit aūt neq; pro iusticia: neq; pro sua ꝓfessione. Uale. Mediolani ex edibus nostris Tredecimo calendas iulias.

Franciscus philelphus Gabrieli theologo S.D.

Detractores carpit. CCCCLXXVIII

q Uod frat. robert⁹ tā scē tāq̃ ꝑhumanit. sese purgarit: nō possū eq̄dē nō letari. Nā quē nulla ipse ꝓuocassem iniuria: nō potuissem fortassis eq̄ aīo cōuitiū ferre nulli ꝑsertim culpe obnoxi⁹. Pereant igit. q̄ maledicta falso renūciant: vt sunt hoīes maledici ac ꝑfidi. Uale. Mediol. ex edib⁹ nrīs. xiij. cal'as iulias.

Franciscus philelph⁹ Bartholomeo ricinatensi Regio secretario atq̃ oratori Salutem dicit.

Operam petit amici. CCCCLXXIX.

v Tor te semp: vt vides: familiarit. Qđ eo facio liberi⁹: quo scio huiusmodi ꝓuinciā: vt es animo perhumano atq̃ liberali: tibi esse nō ingratam. Itaq̃ facito: vt soles: oīa mea causa diligēter. Uale. Ex mediolano Tertio nonas septēbres.

Francisc⁹ philelph⁹ Nicodemo tranchedino S.D.

Uicissitudinē excitat litterarū. CCCCLXXX.

n Escio vter nostrū magis sit accusandus quottidiani silentij. Nec dubito fore: vt me malis q̃ ipm te huiusmodi culpe obnoxiū existimari: q̃uis etiam noris: ea te non vacare. Utcūq̃ res tñ habet: idcirco ad te prior scripsi: ne post hac ita silentiū ad ames: vt pristine tue facūdie bellū indixisse iudiceris. Interim me velim facias certiorē: ꝛ q̃ belle vales: ꝛ q̃ nostri memoriam pre te fers. Ego eni ꝛ valitudine vtor ꝓspera: ꝛ benignitate ꝑncipis nō alacri min⁹ q̃ larga. Reliq̄ etiā apud me leta sunt Uale. Ex mediolano Undecimo calendas octobres.

Franciscus philelphus Marioto tertino S.D.

Lrãs petit amici: ⁊ suos illi successus indicat. CCCLXXXI.

q Uam temporũ iniquitas non amandi quidem: sed scribendi fecit intercapedinẽ: eam tãdẽ iucũdior hec dies e medio nobis tollet: ita vt vel ad mutui amoris cumulũ non mediocris facta videat᷑ accessio. Nam quando mutui cõspectus nondũ facultas datur: mirũ me desideriũ tenet tuarũ litterarũ. Q̃ eni de te quottidie percunctanti mihi grati nũcij afferunt: multo tamẽ gratiora futura sint: que ex tuis litteris q̃si ex teipso cognouero. Itaq3 si me amas: vt soles: id qd certe facis: da operã: vt q̃primũ te de omni statu tuo loquentẽ audiam. Q̃ si de meis rebus certior fieri ex me vis: ego cum vniuersa familia bene valeo: ⁊ eo mecum se gerit fortuna: quam vocant: humanius ac letius: quo huic optimo munificentissimoq3 principi ⁊ charus sum ⁊ admodum iucũdus. Unde etiam fit: vt annorum accessio me senescere nullo pacto patiat᷑. Nam et in cute ⁊ intus viridior sum: q̃ dudum cum istic agerem iuuenis. Uale: ⁊ franciscum boninum compatrem meis verbis saluere plurimũ iube. Uale. Ex mediolano Tertio calendas nouembres.

Fran. phil. Gregorio arrigo iuriscõsulto S.D.

Orat amicũ: vt inquirat de libris. CCCLXXXII.

f Acit vetus ac summa amicicia illa nostra: qua ab vsq3 prope adolescẽtia iocũdissime olim viximꝰ: vt existimẽ te oĩa mea cã facturũ. Audiui ioannẽ petrũ lucensem: q̃ auditore primũ cũ florẽtie oratoriã philosophiãq3 docerẽ: deinde amicis-

ſimo ſemp̄ vel abſente ſum vſus proxima etate. Diem obiiſſe: id quod certe: vt debui: tuli moleſtiſſime. Cupio fieri ex te certior: et quos libros reliquerit: ⁊ q̄ cōditione: hoc eſt: venales ne ſint. Emere ē enī aut omnis: aut pleroſqꝫ: pſertim grecos: ſi qui ſcilicet digni ſunt lectiōe nr̄a. Fac igit̄: ſi me amas: vt hanc rē ⁊ q̄primū et q̄diligētiſſime itelligā. Hoc erit mihi tā gratū: q̄ qd̄ maxie optatiſſimū. Eqtē auratū petrū nucetanū noīe meo ſalute plurima impartias velim. Uale. Ex mediolano. xij. calēdas decembres.

Franciſc⁹ philelph⁹ Nicodemo tranchedino S.d.

Gaudet triſtē nunciū in letiorē cōmutatū. CCCLXXXIII.
Item monet: vt quendam hortetur ⁊ excitet.

Ltere tue fuerunt mihi iucundiſſime: tum tua cauſa: quem intellexerim bene valere cum vniuerſa familia: tum etiam ob franciſcū patriciū: quem e mortuo viuū factū acceperim. Triſtis enī de homine amiciſſimo nuncius perlatus ad nos fuerat: cum eſſet qui aſſereret vel ſe preſente ſupplicium eſſe de eo ſumptum. Itaqꝫ indolueram eius vicem ob id: q̄ omnē popularem ſtatum: qui ſine ſeditione eſſe vix vnq̄ conſueuit: vehementiſſime execrabat. Nec q̄ franciſco familiari noſtro nihil magis arbitror obfuiſſe q̄ inuidiā: q̄ viri preſtantes nunq̄ caruerunt. Letor igit̄ plurimū: q̄ preter opinionē ac luctū nobis acciderit. Tibiqꝫ habeo ingētes grās: q̄ iſtius dignitati ſtudeas Id quod vt aſſidue facias: te etiam atqꝫ etiam maiorē in modū rogo. Qd̄ v̄o de re altera conſiliū ceperis: probo ⁊ gaudeo. Miror aſit quid viro illi in mentē venerit: vt cum iam ad calcē puenerit a decurſu iam ollimpie ſpacio auertatur: atqꝫ victorie palmā

tenuat. Nam forsan cum etate animi quoqꝫ vigor cõsenuit: Uerum tu tepescẽti iam sanguini flãmã iam aduĩce rationis. Concalescet fortasse: prioremqꝫ vim accensus resumet. Nos omnes valemus recte. Uale etiam tu atqꝫ tui omnes: vel nostri poti⁹. Patriciũqꝫ hortare: vt forti animo ingentiqꝫ sit: memineritqꝫ sapienti nihil obesse posse: & fortunam omnem vel minima virtute esse inferiorem. Uale. Ex mediolano Pridie calendas ianuarias.

¶ Franciscus philelphus Petro perleoni S. D.

Gratulatur amico de prospero successu. CCCLXXXIIII
Deinde monet: inuidentiam esse contemnendam.

Q uod ad venetos te receperis viros plane optimatis: non solum probo: sed etiam letor. Facile enim futurum spero: vt doctrine virtutiqꝫ tue paria premia referantur. Idqꝫ propediem. Ii enim sunt veneti: vt nunq̃ se beneficio vinci patiantur: sed officium semper officio cumulent: & maximo opere promereri studeant. Gratulor enim felicitati tue: qui in eo sis loco tandem collocatus: vbi & emolumenta sis nõ vulgaria & laudẽ item maximã breui assecuturus. Institue igitur: vt cepisti: patricios istos adolescẽtes non morum minus q̃ doctrine eloquẽtieqꝫ prestãtia. Fecũda nactus es feracissimaqꝫ ingenia: que quod laudis semẽ acceperint: ad maturã frugem miro incremento sint productura. Unde etiã tu tanq̃ diligentissim⁹ quidã fortunatissimusqꝫ excultor cũ vberrimos percipies fructus: tum me ingenti afficies voluptate: qui tuam laudem omnem per magne mihi laudi esse duco. Nam quod ais de insectatione inuidẽ-

tium: id tibi quoq; iucundum esse oportet: cum intelligas excellentiam omnem inuidie esse velut obnoxiam. Nam quod malis Utrum excellere: an excellentiā pati? Itaq; animo constanti excelsoq; sis. Tibiq; psuade obnixeq; tuere: omnia esse virtute inferiora: cui quo magis inuidetur: eo sese magis gloria addit comitem. Quare tibi opera danda est: ita eruditione et dicēdi elegantia splendoreq; augescas: vt tibi nemo propter assequendi aspirationem inuidere audeat. Paribus eni aut aliquanto superioribus inuidetur. Prestantie aūt nimietas hoc morbo vacat. Uale Ex mediolano Quarto idus ianuarias Anno. M.cccc.lviij.

Franciscꝰ philelphꝰ Nicodemo trācbedino S.D.

Curare rem suam petit. CCCLXXXV.

[r]Em mihi facies non minus gratam q̄ necessariā: si qđ diebus proxĭmis ad te scripsi: & q̄primū ex sententia mea curaueris. Scio quantū prudētia vales: quantū etiam gratia. Itaq; nihil dubito: propediem fore: vt cōficiatur qđ cupimus: modo aduigilare volueris. Tuo autē erga me animo certius habeo nihil. Matura igitur: si me amas: et quod volumus effice. Uale. Ex mediolano Quarto idus ianuarias.

Franciscus philelphꝰ Xenophonti filio S.D.

Filio pregrinari volenti cōsilia dat. CCCLXXXVI

[q]Uod vlyssem imitari institueris: nō vitupero: modo nō naufragus: sed prudētior ad nos redeas. Preterea vix vllos sapiētia claros legimꝰ: qui vlyssis q̄dāmodo

emuli non fuerint; hoc est: qui ad sapientientiam vendicandam non varias ac diuersas orbis terrarum regiones inuisere studuerint. Utere semper ratione atq; virtute duce. Quod si feceris: facile spero; omnia tibi secunda fore. Da q̄ sepissime ad nos litteras; quibus certior fiam de omni tua fortuna; quam tibi fautricem ac benignam futuram opto; et eam quidem fortunā: que dei voluntate definitur; non hominum stulticia. Cura etiam: libros q̄plurimos et q̄optimos tibi compares; qua vna suppellectili nullam sis pulchriorem habiturus: nullam vtiliorem. Uale. Ex mediolano Tredecimo calendas februarias.

Franciscus philelph⁹ Bernardo iustiniano S. D.

Animum suum per alium aperit. CCCLXXXVII.

Petrus perleo tibi quedam nomine meo exponet. Que quidē ipsa ex animi mei sententia manāt omnia. Itaq; vt que petierit facias: magnopere abs te peto. Uale. Ex mediolano Tredecimo calendas martias.

Franciscus philelph⁹ Antonio panhormite S. D.

Commendaticie littere. CCCLXXXVIII.

Qui tibi reddidit meas litteras; est mihi vetere familiaritate beniuolentiaq; coniunctus. Hunc tibi vnice cōmendatum volo: quippe qui et doctus est: et modestissimus plane vir: amiciciaq; tua minime indignus. Uale Ex mediolano Pridie calendas martias.

Franciscus philelph⁹ Alberto parrhisio S. D.

Hortatur quendam; vt libros reddat. CCCLXXXIX.

Ve amicis cōia eē debēt: ea quēquā iuri suo ascribē: vt
q nihil hēat cū amico cōe: nō iniustū duci non pōt. At vi
tas galbe et othonis: quas e greco traduxerā: et tibi poscē
ti cōmodarā in mensem: iam annū ita possides: vt qd eqtas: qd
officiū postulet: oino videaris oblit⁹. Itaqꝫ rogo te: vt memine
ris: eas ad te isse cōmodato: nō dono. Proinde facies vt te decet
si curaueris: vt iā tādē ad nos redeant. Albertū meū zacariū eno
chi filiū bene valē opto. Vale. Ex mediol. Sexto idus martias.

Franciscus philelphus Jacobo actiolo S.d.

Hortat amicū: vt meminerit pmissoꝝ. CCCXC.

Ultra hinc abiens es mihi pollicit⁹: quoꝝ in hanc diē ef
m fecisti nihil. Itaqꝫ tui esse muneris arbitror: vt pro mu
tua aioꝝ inter nos charitate aliqd tandē facē incipias
Illudqꝫ impmis qd a prē tuo viro clarissimo tātope petierā. Qꝫ
vereor ne recētis aliqs amores ad pstinos addideris: qb⁹ ipedit⁹
anim⁹: neqꝫ nri neqꝫ sui reminiscat. Qꝫ si memoria volueris repe
tere meum in te officiū: nō mō nri nō obliuiscaris: sed poti⁹ qꝫ pri
mū es mecū tibi conflatū dissoluere incipias. Nosti quid velim.
Vale. Ex mediolano Nonis maijs.

Fran. phi. Nicodemo tranchedino Salutem dicit.

Litteras petit. CCCXCI.

q Uid tibi impedimēto fuerit: q min⁹ ad meas mihi pri
mas lrās respōderis nescio: nisi fortassis abfueris a flo
rētia ad senenses tuos. Fac igit: vt qꝫ primū tue mihi lrē reddāt:
q me faciant de re oi certiorē: quā nostra putaris interesse: impri

misq; reddideris: ne meũ proximũ carmen argyropolo nostro: Noli obsecro pati: diutius expectem optatissimã epistolam tuã. Vale. Ex mediolano Undecimo calendas iunias.

Fran. phi. Angelo actiolo Equiti aurato S. d.

Promissa vt re comprobentur orat. CCCXCII

e T quid ipse maxime omniũ cupiam: & quantum liceat tibi in tua republica: cum antea semper: tum hoc potissimũ tempore non sum nescius. Quare te plurimũ rogo atq; oro: vt quod mihi coram verbo aliquãdo receperis te oportune curaturũ: id in presentia certa re comprobes. Hoc erit mihi adeo gratum: vt gratius aliud facere nihil possis. Vale. Ex mediolano Decimonono calendas septembres.

Frãciscus philelph⁹ Nicodemo tranchedino S. d.

Petit & aliquid tẽporis amicicie officio det. CCCXCIII

d Elicatior factus es: qui nihil respondeas. Nolo enim superbie crimẽ tibi homini amicissimo obiicere: quod iis solemus: qui sepius litteris inuitati nihil respondere consueuerũt. Scio sane te esse occupatissimũ: his presertim tẽporib⁹. Sed erit humanitatis tue: vt tẽporis aliquid surripias tãtillũ qd amicicie cõdones officio. Ego institui ad pium pontificem salutatum accedere. Itaq; rogo te: omni tempore operaq; cures: vt istac mihi liceat iter facere. Quid opus sit nosti. Vale. Et quid de nostro patricio factũ sit: cura vt sciam. Ex mediolano Undecimo calendas octobres.

Fran. phi. Nicodemo tranchedino Salutem dicit.

Excusat tarditatẽ lrãrũ: q̃ nõ sit arbitrij sui. CCCXCIIII.

q Uod tardiores fuerint mee ad te littere: id cause fuit: q expectabã mihi facultatẽ fieri p principẽ nostrũ faciundi itineris. Non enim viuimus nostro: sed alieno arbitrio. Et iustus pnceps pro iusta lege dicẽdus est. At viri omnes boni subiecti sunt legib⁹. Idcirco socrates cũ posset noluit e carcere se in libertatẽ vẽdicare. Breui igit hinc pcedã lucam. Ibiq tãdiu expectabo: donec mihi fiat qd amici noĩe significasti. Nã ei⁹ mihi fide esse tutius nihil potest. At ne securi⁹ qdẽ. Erũt etiã mecũ filij duo: mari⁹ ac xenophon. Cũ vna erim⁹: cetera int nos cõmentabimur. Uale. Ex mediolano Nono calẽdas decembres.

Franciscus philelphus Thome senece S. d.

Maturari petit operam amici. CCCXCV.

b Ertholla noster: q ad te venit: faciet de omĩ statu meo te cumulatissime certiorẽ. Qua vo in re tua mihi opera opus sit: ex eodem cognosces. Itaq tuũ est: id prestare: ne frustra hoc itineris ab eo susceptum videri possit. Non enim sum nescius: ꝛ quantum possis auctoritate ꝛ gratia: ꝛ quãcum etiam mea causa velle debeas. Sed rudis plane ꝛ dicendus sum ꝛ iudicãdus: qui ita ad te scribam: quasi videar dubitare de singlari tua pspectaq charitate. Quare nihil aliud abs te peto: nisi vt cures: ne istic diuti⁹ bertholla noster expectet. Uale. Ex mediolano Quarto nonas decembres.

Franciscus philelphus Ciccho calabro Ducali secretario Salutem dicit.

Laudat quendam fidei in principem. CCCXCVI.

Anno.M.cccc.lix.

d Edi ad te nudiustertius litteras ex arimino: quib⁹ certior fact⁹ esses de iis que tēpus obtulerat. Hesterno vesperi cū ad forū semproniū venissem: offendi iacobū perusinū: cognomēto piciniū corpe sane tydeū: sed animi robore ac prudentia alcidē aliquē. Hic mihi visus est: tāta esse in pncipem nostrū & fide & pietate: vt dign⁹ sane sit: quē sphortiani omnes mirifice diligam⁹ amemusq;. Singularem is mihi beniuolētiam ostēdit: omisitq; nihil: qd vl' humanitatis vl' benignitatis officiū saperet. Spero hūc principi nostro maxime aliquādo voluptati fore: & fortassis etiā vsui. Cū hec ad te scripsi: erā hinc cōtinuo abiturus: quippe qui audirē pontificē piū ex vrbe roma iā decessisse peterecq; perusiam. Tu me interim ama: vt soles. Vale

Ex foro sempronio Idibus ianuarijs. Anno. M. cccc. lix.

Franciscus philelphus Jacobo lucensi Apostolico secretario Salutem dicit.

Diligentissime quendam amico commendat.
Itē excusat se: q ad summū pōtificē nō scripserit. CCCXCVII

f Ranciscus fossatus vir nobilis & human⁹: ideq; splendidissim⁹ eques auratus est mecū summa familiaritate ꝯiunctus: hunc ego tibi ꝓ nostra singulari beniuolētia maiorē in modū cōmendo. Facies tu mihi sane rem admodū gratā: si curaueris: franciscus meus intelligat: meas apud te cōmendatiōes sibi fuisse nō mediocri adiumēto. Quod vt facias: tanto studio ab te peto: vt maiore aliud nihil possim. Scio te oīa cupere mea causa: nihilq; omissurū: quod huic viro vel ad rē vel ad dignitatē ꝓfuturum intelligas. Quare ne tue ꝑmulte ac

maxime occupationes tibi impedimēto sint: quo tardi⁹ quod facto opus fuerit: effectū reddas: te etiā atq₃ etiā rogo. Uale: & me sanctissimo domino nostro q̄ diligentissime cōmenda. Cui q̄ nihil adhuc obstrepuerim post reditū meū ab vrbe roma: terciana febris fuit in causa: qua quoniā diuina benignitate iā sum plane liberat⁹: q̄d ꝑtermissum est: ꝓpediē resarciā. Gregoriū senensem iureconsultum collegam tuū bene valere plurimū opto. Uale iterū. Ex mediolano Undecimo calendas iunias.

Franciscus philelphus Amareto mannello S.D.

Munera optat comitatu venire litterarū. CCCXCVIII.

b Is deinceps posteaq₃ terciana febre sum liberatus: tui ad me ierūt pulcherrimi asparagi: quib⁹ et si delectat⁹ sum plurimū: quoniā ab hoīe amicissimo missi eēnt: lōge me tamē magis magisq₃ delectassent: si litterarū tuarū suauissimo comitatu vti voluissent. Id quod nō p̄stitisse te: nisi mihi memorie occurrerēt occupatiōes tue cū ꝑuate tū publice: eq̄ animo haud ferrē. Erit tamē humanitatis tue: si cū q̄d ocij nact⁹ fueris: aliq̄d mihi scripseris. Uale. Ex mediol. viij. calēdas iunias.

Franciscus philelph⁹ Xenophonti filio Sa.D.

Docet quib⁹ artib⁹ q̄s istitui debeat futur⁹ medic⁹. CCCXCIX.

q Uod tibi anteaq₃ istic esses ꝑfectur⁹ cōsiliū dedi: idq₃ vt faceres iussi: idē receperā per lrās. Instituisti medicine operā dare: quod ei⁹ rei non modo reprehēdo: sed vehement laudo: quādoquidē & medicina post magicā atq₃ poeticā est omniū laudatissimarū artium vetustissima: eaq₃ humano

generi admodū necessaria: et tu ad istiusmodi scientiā videris natura inclinatus. Unū aūt moneo ac volo: ne te ante ad medicine studiū cōferas: q̄ dialecticen ac phisicen oēm itemq; mathematicas disciplinas q̄ diligētissime didiceris. Quibusq̄dē ipsis in studijs quib⁹ preceptorib⁹ uti debeas: id qd te etiā corā monui: psule hoīez mihi amicissimū eruditissimūq; philosophū ac medicū ioannē marlianū: quo etiā aliqñ doctore usurus es. Noui eni hominū psuetudinē in istiusmodi scholis: q̄nta circūcursatio fit: quāte amicoꝝ p̄ces ad auditores alliciēdos. Itaq; volo te nō beniuol' hac in re: s; tibi ipsi mihiq; inseruire. Paucis tenes sentētiā meā. De re pecuniaria ita curabo: si intellexero te a monitis: iussisq; paternis nusquā recessisse. Uale Ex mediol'. viij. id⁹ iunias.

Franciscus philelphus Gregorio lollio Jurecō consulto et Apostolico Secretario Sal'. D.

Filiū amico cōmendat. CCCC.

Quamq; sciebā vel nulla mea cōmēdatione meos oīs eē tibi cōmēdatissimos: tñ ut marij filij honestissime volūtati morē gererē: ita eū tibi cōmendo: ut ne me quidē ipsum neq; diligēti⁹ nec ex aīo magis possim. Qd eo facio liberi⁹: q; tibi audeo affirmare: talē eē mariū: quē tua singulari beniuolētia dignū sis iudicatur⁹. Cetera tu ex ipso cognosces. Ego nō desino expectare qd ad me ppediē te pscripturū affirmabas. Id aūt i hāc diē nō fecisse te plurimū miror. Uale. Ex mediol'. vj. cal's ianuarias.

Frā. phil'. Bessarioni Cardinali Niceno S. P. D.

Filium cōmendari orat. CCCCI.

c Um ioannes marius filius mantuam peteret: pii pontificis maximi et salutandi & adorandi gratia iussi: vt omniũ primũ tuam amplitudinem adiret: cui mentem suam omnẽ animũq; exponeret. Itaq; rogo te: vt omnibus in rebus ita eum cõmendatũ habeas: vt illos soles: quos vel ipsos vel ipsius natos charissimos habes. Hac vna re vix mihi quicquã gratius potes facere hoc tempore. Uale pater clemẽtissime. Ex mediolano Sexto calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Agapeto romano Jureconsulto & apostolico referendario Salutẽ dicit.

Filio vt adsit amicus optat. CCCCII.

v Enit istuc mari⁹ fili⁹ iuuenis: vt videre poteris: & modestus: & bon⁹: & doctus. Cãm accessionis sue ipse tibi corã declarabit. Quibuscũq; in reb⁹ poteris: te rogo ita ei adsis vt me tuis ilis velles: quos maxime diligis habesq; charissimos. Uale. Ex mediolano Sexto calendas ianuarias.

Franciscus philelphus Nicolao canali Jureconsulto & Equiti aurato Salutem dicit.

Lrãs ad se ait nõ esse platas. CCCCIII.

q Ui tabellari⁹ dieb⁹ supiorib⁹ meas lrãs tibi reddidit: ac itẽ has tibi est redditur⁹: renũciauit mihi: idcirco te tibi nullã dedisse ad me epistolã: qm eã alteri nescio cui antea cõmẽdasses. Ego autem quod scripseris nescio. Unum scio: me vehemẽter cupere tuas lrãs: quippe q nullas acceperim. Quare si meo in psentia desiderio more gesseris: habebo tibi nõ mediocrẽ gratiã. Uale. Ex medio. v. idus ianuarias. Anno. M.cccc.lx.

Anno.M.cccc.lx.

Franciscus philelphus Theodoro gaze S.D. Probleumata aristotelis trãslata mitti petit. CCCCIIII.

n On mediocri afficior desiderio audiendi tui: postq̃ vi sendi facultas est intercepta. Itaq̃ facis tu quidẽ iniuriam: qui totiens grece supiore tpe ꝓuocatus a me lrĩs nunq̃ respõderis: nedũ ꝟsu: sed ne ꝓsa quidẽ: cũ in vtroq̃ dictiõnis genere excellentissim⁹ sis. Idem aũt nunc ne latine facias rogo. Sũt hic nõnulli ꝑdocti in philosophia viri: ac iidẽ medici: q̃ q̃m grece nesciũt: videre cupiũt lectitareq̃ latine illa aristotelis ꝓbleumata: q̃ annis supiorib⁹ in latinũ cõuertisti eloquiũ. Quare mihi rem gratã facturus es: si licebit ꝑ te mihi hoĩb⁹ et amicis et eruditis gratificari. Aut igiẽ tuũ istiusmodi ꝓbleumatũ codicẽ ad me exscribẽdũ mitte: rediturũ ad te q̃primũ: aut cũ istic exscribi cura: mercedẽq̃ librarij ꝑ lrãs nob significato: ⁊ aduolabit ad te. Id vt ꝓpediẽ effectũ cures: te etiã atq̃ etiã rogo. Preterea me cupio facias certiorẽ: q̃ in statu sint res tue: q̃s fortunatũ iri vehemẽter opto. Vale. Ex mediolano Pridie idus ianuarias.

Franciscus philelph⁹ Bernardo iustiniano S.D. Gaudet amicum bene valere. CCCCV.

n Escio quid aliud mihi potuisset grati⁹ renũciari: q̃ qd hoc die ex ioanne varisino cognoui. Is eñi interrogãti mihi: redijsses ne adhuc ex illa regia legatione: ⁊ reuertisse te respõdit: ⁊ tibi eẽ q̃optime. Qui qdẽ nũci⁹ eo mihi iocũdior fuit: q̃ venet⁹ quispiã: vt ille de se affirmabat: ⁊ cui superi malefaciant aliter de te mihi respõderat. Ingẽtes igiẽ grates habeo imorta-

li deo: qui te mihi seruat incolumē. Joanni aūt varisino grās q̄z de beo nō vulgaris: qui me tāta sollicitudine liberarit: ⁊ incredibili animi leticia affecerit. Nā quid mihi potuisset iucūdi⁹ ꝯtingē: q̄ꝫ q̄ certior factus sum: te habē q̄ꝫ optime: cui⁹ etiā memoria recrea-bor. Reliquū est: vt veterē nostrā summāq̄ꝫ amiciciā mutuis tum officijs tum etiā lrīs foueamus: ⁊ ei aliq̄d indies: cū opus fuerit: addam⁹ in cumulū. Uale. Ex mediol. xiij. calendas februarias.

¶ Franciscus philelph⁹ Nicolao canali Equiti aurato ⁊ iureconsulto Salutem dicit.

Lrās interceptas cōqueritur. CCCCVI.

q Uod ad quintū idus ianuarias tibi scripsi: idem vt in p̄ntia intelligas volo: me nullas in hanc diē abs te lrās accepisse: q̄s ita desidero: vt vix aliud quicquā magis. Quo q̄dē desiderio si me q̄ꝫ primū leuaueris: habebo tibi grās immortalis. Uale. Ex mediolano Nono calendas februarias.

Franciscus philelphus Petro perleoni Sa. d.

Adolescentē amico cōmēdat. CCCCVII

l Eonhardū griphū modestū adolescentē; ⁊ musarū im primis studiosum eque diligo: ac si esset fili⁹. Is a mar chesio nostro viro prestāti ⁊ p̄humano accersitus venetias venit tum vt homini amicissimo atq̄ꝫ optimo morē gereret: tum etiam vt vrbē florētissimā corā ac p̄ns intueretur. Huic ego hortat⁹ sum: q̄ꝫdiu istic futur⁹ est: te q̄ttidie adiret. Is a nobis institut⁹ nō lati ne modo perpulchre callet; sed grece etiā cepit. Itaq̄ꝫ mihi rem pergratā facturus es; si meo leonardo plane ostēderis: tibi mea

omnia esse charissima. Vale cũ pudicissima vxore ꝛ tuis omnib⁹
Ex mediolano Tertio calendas februarias.

Fran.phi.Othoni carreto iureconsulto S.D.

Quõ res habeat; scire desiderat. CCCCVIII.

a Udiui nũc ex hoīe amicissimo; eo te die meas lr̃as pͦ põtifici maximo reddidisse in naui; quo ex vrbe mãtua decessisset. Quare sum miratus; nihil abs te mihi lr̃arũ in hanc diẽ redditũ esse. Itaqꝫ rogo te: vt me q̃pꝛimũ facias certiorẽ; q̃ modo res sese habuerit; ꝛ quid ille respõderit: hoc erit mihi vehemẽter gratũ. Vale. Ex mediolano Tertio nonas februarias.

Franciscus phi. Petro medici Cosme filio S.D.

Librum repetit. Et petit amicum admoneri; vt promissa compleat. CCCCIX.

l Ibꝛum de iocis ꝛ seriis: quem ex quattuoꝛ illis pꝛimis vltimo ad te dedi; vt redire cures ad dñm: te admodũ rogo. Jis aũt reb⁹ si cognoro te interdũ delectari: reliquos deinceps libꝛos mittã etiã bꝛeui. Nõ possum p̃terea nõ mirari; q̃d nicodemi nostri ꝑmissa tãdiu cũctent. Itaqꝫ rogo te: vt amicũ moneas; nescire me; in iocis ne: an in seriis cum suis illis ꝑmissis ponẽdus sit. Vale. Ex mediolano Jdibus februariis.

Frã.phi.Bernardo iustiniano leonardi filio S.D.

Officiũ amici petit in pꝛesentia. CCCCX.

q Vamq̃ intelligo vel ex pꝛoximis tuis lr̃is mea tibi oīa cordi esse: pꝛesertim ea q̃ mihi ꝛ honoꝛi; vt scribis: ꝛ cõmodi esse ducas; tñ nõ desinam abs te petere; vt si qñ id maxime

aut feceris aut facturus sis in pñtia ita facias: vt oẽs intelligant tuã erga me beniuolẽtiã tantã esse: q̃ q̃ maxima vel dici vel possit cogitari. Nã qua in re tua mihi opera vsui esse queat: nõ te pterit Quantũ aũt valeas ꝛ auctoritate ꝛ gratia apud oẽs: nõ sum nescius. Vale. Ex mediolano Septimo calendas martias.

Francisc⁹ philelph⁹ Nicodemo tranchedino S. d.

Hortaẗ amicũ: vt q̃ sibi pmiserat pficiat. CCCCXI.

q Ve hinc abiẽs curaturũ te recepisti: si dab opera vt efficias fiet nõ mediocris accessio ad meũ in te amorẽ: q̃ tũ est tant⁹: vt augescẽ nullo pacto posse videaẗ. Expecto indies magis atq̧ magis lr̃as tuas officij plenas ꝛ diligẽtie: q̃ spes ne me fallat: vehemẽter opto. Nã quantũ mea causa velis nõ ignoro. Preterea nõ te fugit: qd̾ debeẗ viuis: si mortuis pstẽẗ officiũ: nõ eãdẽ gratiã pre se ferre. Reliq̃ tu vel me reticẽte cognoscis. Tu satis superq̧ efficies: si quantũ poteris feceris. Nec eni ꝯsiliũ et diligẽtia min⁹ laudi duciẗ q̃ euẽt⁹. Orationẽ illã nostrã quam videre cupiebas: ex donato actiolo consequere. Vale. Ex mediolano Septimo calendas martias.

Frãciscus philelphus Marchesio varisino S. D.

Petit ab amico: vt horteẗ filiũ ad virtutẽ. CCCCXII.

c Vm tue me oẽs littere semper delectarunt: tum he potissimũ: quas hoc die abs te accepi. His eni me certiorem facis: quãta cũ omniũ nõ grauissimoꝝ senatorum modo: sed illustrissimi etiã istius principis beniuolentia ꝛ laude

marius filiꝰ ꝛ dictauerit publice in senatu ꝛ docuerit. Que quidem res et si ob alias ꝑmultas rationes mihi ꝑgrata est; ob eã tñ admodũ iucũda; ꝙ in eius ciuitatis portu anchoras est iacturꝰ; q̃ ꝛ vẽtoꝝ omniũ vacat turbine; ꝛ optatissima quiete quadã trãquillitateq3 abũdat. Itaq3 meo noĩe filiũ hortare; vt nullis neq3 vigiliis nec laboribꝰ parcat; quo expectationẽ istam; quã de se tã multã; tã preclarã apud florẽtissimũ eundẽq3 sanctissimũ venetorũ senatũ felici initio cõcitauit; eã non solũ indies amplificasse; verũ etiã superasse existimet. Nihil est ei ad summã laudẽ vtilitatẽq3 defuturũ si studiũ atq3 diligẽtiã ingenio simul doctrineq3 addiderit. Quod de xenophõte filio scripsisti nõ improbo; facilitatis modo cõstantieq3 meminerit. Uale anime mi. Ex mediolano Quinto nonas martias.

Franciscus philelphꝰ Bernardo pontano S.D.

Facit amico potestatẽ sui; ne ingratus sit. CCCCXIII.

e T officiũ tuũ in mariũ ꝛ xenonophonta filios; ꝛ singulare beniuolẽtiã erga me facio equidẽ plurimi. Tibiq3 habeo grãs; ꝙ cũ nihil ipe de te meruerim; tãta ĩ me ac meos et humanitate et benignitate sis vsus. Itaq3 si quid in me esse aĩaduerteris; quod tibi vel vsui esse possit vel voluptati; ita id esse in tua potestate positũ existima; vt que maxime tua sunt. Nã eo ingenio sum; iis moribꝰ institutꝰ; vt nihil sit quod malim q̃ꝫ ꝛ gratissimũ haberi me; ꝛ a nemine bñficio superatũ iri. Quare vti me potes oĩbus in rebꝰ pro arbitrio tuo. Uale cũ petro nostro ac reliquis tuis oĩbꝰ. Ex mediolano Quarto idus martias.

Fran.phil'.Lodouico cardinali aquilegiẽsi S.D.
Auxilium impendi sibi petit. CCCCXIII.

Quam mihi vehemẽter tua non solũ opera: sed ope etiã atq3 auxilio opus sit pat' humanissime: cũ ex alijs superiorib' lris potuisti dilucide aĩaduertẽ: tũ ex iis maxime q̃s ad octauũ calẽdas martias ad te dedi. Nũc aũt qđ scribã noui nihil aliud habeo: nisi vt itelligas: tãto me desiderio expectare lrãs tuas: vt maiore aliud nihil. Omnis profecto spes mea in te vno posita ac locata est. Et quantũ valeas scio: ⁊ q̃ me diligas non ignoro. Itaq3 te etiã atq3 rogo: oro: obsecro: vt qđ abs te petij: tã summope q̃ celeri' fieri poterit: effectũ reddas. Hoc erit mihi vehemẽt' gratũ. Nec tu officiũ in me tuũ vnq̃ accusab. Vale. Ex mediolano Tredecimo calendas apriles.

Franciscus philelphus Xenophonti filio Sal'.D.
Laudat filij peregrinationem.

Fecisti me primis tuis lris certiorẽ de nauigatione tua ad rhagusinos: id qđ etiã postea q̃ soluisti e venetiis: mari' mihi significauit. Ego aũt et si maluerã pro paterno affectu in italia esse te: tñ cũ norim ⁊ nobilitatẽ ⁊ splendorẽ reipublice rhagusine: equo aio fero absentiã tuã: p̃sertim cum idcirco vlyssen homer' prudẽtie laudarit: q ⁊ vrbes ⁊ mẽtes multorũ hominũ cognitas illi meminit. Sic eni in vlysse principio ait.
Callentẽ dic musa virũ qui menia sacre. Diruta post troie: multũq3 diu pererrans. Et mẽtis hoim multo⁊ nouit ⁊ vrbes. Atq3 ibi sane cuiq3 patria est vbi bene est: nulliusq3 loci terminis vir sa

piens circumscribit. Itaq3 nõ absurde socrates cũ interrogaret cuias esset: se non atheniensem: sed mundanũ esse respõdit. Tuũ igit fuerit: id prestare atq3 efficere: ne frustra istuc pfect⁹ videare. Qđ si studio diligentiaq3 curaueris: cũ mihi afferes voluptatẽ nõ mediocrẽ: tum laudi tue atq3 emolumẽto plurimũ cõsules. Reliquũ est: vt me facias ꝙ primũ certiorẽ: ꝙ te loc⁹ iste celũq3 delectat. Est enim tibi bone valitudinis ratio haud negligenda Nos hic oẽs in hãc diem bene valem⁹. Si qđ istic habet de thurcis: cura vt sciam: maximos in italia bellorũ mot⁹ paratũ iri aiaduerto. Uale. Ex mediolano Decimo calendas apriles.

Franciscus philelph⁹ Bernardo iustiniano leonardi filio Salutem dicit.

Beniuolum facit amicum ad hospitalitatem suis exhibendam. CCCCXVI.

XEnophõ filius ad rhagusinos pfectus est. Scripsit se propediem inde ad me missurum seruas duas: petiitq3 se facẽ certiorẽ: apud quẽ eas venetiis diuertere curaret. Cui respondi: neminẽ esse istic: qui cum maior mihi aut antiquior familiaritas hospiciũq3 sit: ꝙ tecum vno. Itaq3 serue ille diuertẽt apud te. Quod cũ fiet: ⁊ tu mihi rem significabis: mittãs qui ⁊ seruas ad me pducat: ⁊ qđ pecunie op⁹ fuerit soluat. Uale. Ex mediolano Decimo calendas apriles.

Frãciscus philelph⁹ Joanni petro enthychio S.d.

Parari postulat que ad iter faciendum opus erunt. CCCCXVII.

Arius fili⁹: id quod audisse te puto: est his dieb⁹ a florentissimo veneto⁊ senatu honorifice cōduct⁹ ad docēdū venetiis oratoriam ac philosophiā. Id autē eo pluris faciundū existimo: q̄ antea nemini vnq̄ cōtigit. Is in p̄ntia huc est venturus: vt vxorem ⁊ filios reliquāq̄ familiam venetias secum transferat. Faciet autē veniens istac iter. Estq̄ ei necesse istic conducere ad mediolanū vsq̄ ⁊ mulum cū mulione: ⁊ equos duos. Quos vt antea diligenter pares velim: ne cū istuc nauim appulerit: diutius sit in mora. Maximū mittam tibi ad paucos vsq̄ dies. Vale. Ex mediolano Sexto calendas apriles.

Frāciscus philelph⁹ Blasio gyllino Abbati S. d.

Arguit quendā officij neglecti aut spreti. CCCCXVIII.

Ngelus acciolus nobilis florentinus: ⁊ idē splēdidissimus eques auratus mecū nudiustertius questus est: q̄ oratiōes meas quas apud te ea lege dimiserat: vt eas mihi q̄primū redderes: nō modo non reddidisti: sed a se q̄sepissime hortatus: vt officio fungaris: id nō modo non facis: sed ridiculo ducis eius oēm adhortationē. Itaq̄ sum mirat⁹: q̄ ⁊ vir religiosus ⁊ abbas tot iā ānos distuleris ea dn̄o restituere q̄ bō fide possidē nō potes. Vale. Mediol'. ex edib⁹ nr̄is. vj. cal'as apriles.

Frā. phi. Bernardo iustiniano leonardi filio S. d.

Gratias agit mirifice. CCCCXIX.

T si mihi dubium nunq̄ fuit: meos ois tibi esse charissimos: tum cū proximis dieb⁹ ex mario filio corā didicissem: quāto cū studio ⁊ charitate eius oib⁹ cōmodis honoribusq̄

semp adfueris: vix dici queat: q̄ʒ me tua opa delectarit. Nam
video eā amiciciā: que mihi primū cū patre tuo sapiētissimo atqʒ
summo viro maxima fuit: deinde tecū tāta est: vt nihil ad cumu
lū queat accedere transfudi etiā tanq̄ʒ hereditario q̄dā iure in po
steros nrōs nō mediocre mihi atqʒ meis oīb⁹ patrimoniū adept⁹
videor. Itaqʒ nō possum mihi nō letari plurimū: qꝛ optatis meis
ita respōdeas: vt tibi gratulādū existimē: qꝛ ita humanus es: ita
benign⁹: ita pris tui simillim⁹. Ego aūt: qd̄ ad me attinet: si cete
ris ī reb⁹ a te supabor: amādi tn̄ officio nunq̄ʒ ꝓfecto sim superād⁹
Reliquū est: vt q̄ ꝓ filio mario fundamēta optima vel tua diligē
tia iacta sunt: ea oī robore stabilienda cures: hac vna re mihi gra
tius facere nihil possis. Vale. Ex mediolano Calendis maiis.

Fran. phil'. Jacobo lucensi Aplico secretario S. d'.

Responsum petit. CCCCXX.

a Deas lr̄as q̄s idib⁹ martiis tibi reddēdas ad othonē
carretū dederā: qꝛ nihil ī hāc diē respōderis miror. Nā
cū ignoro: vtrū tue volūtati morē gesserim ea ī re quā ex me scire
cupiebas: tum vehemēter expecto ex te intelligē: q̄ sit pontificis
pij sentētia de officio nostro. Itaqʒ rogo te: vt me q̄ʒ primū his de
rebus facias certiorē. Vale. Ex mediolano Tertio idus maias.

Franciscus phil'. Jacobo antonio marcello S. D.

Amicicia quō orta sit int' se ⁊ aliū quēdā narrat. CCCCXXI.

Nsitā eē natura animis hominū vim q̄ndā sil'itudinis
i dissilitudinisqʒ cū ad ceteros mot⁹: tum ad amorē ⁊ ad
odiū qui philosophi voluerūt: nihil a veritate sensisse

alienū mihi videri solēt: ⁊ id quidē nō in hoib⁹ solū: sed in reliqs q̄z animātib⁹ late patere. Qđ vt de aliis aialib⁹ breuitatis causa preteream: q̄ttidie vsu venit: vt ij q̄ se nunq̄ viderint: neq̄z aliud quicquā cōmertij ꝯsuetudinisq̄z inuicē habuerint: se tñ q̄dā natu re suasu diligant: ⁊ alteri de alteris bene audire plibenter velint. Accepi ex multoꝝ sermone: me tibi esse charissimū: q̄q̄z honorifi ce de me loq̄ris sentisq̄z pamice. Qđ certe fuit eo mihi iucūdius: qm̄ mea de te opinio haud quaquā me fefellerit. Cū eni vna oiuz voce didicissem: magnū te esse virū: eūdēq̄z perhumanū: ⁊ illoꝝ apprime studiosum: q̄ bonis artib⁹ dediti imortalitatē maxime et ipsi seq̄rent: ⁊ aliis pararent: illico sum accensus in amorē tui: teq̄z dignū existimaui: quē ꝑpter innumerabilis tuas egregiasq̄z virtutes: quantū ipe cura potero diligētiaq̄z prestare: faciā imor talē apud omnē posteritatē. Tuū igit̄ fuerit: nō aspernari officiū meū: quandoquidē ipse oīa cupio gratificari tibi. Uale. Ex me diolano Pridie idus maias.

Franciscus philelphus Joannino barbato S. Di.

Minat̄ cuidā: nisi libros reddat. CCCCXXII

q Uātū vidē videor: ridiculo tibi sū. Nā meos carminū libros totiēs repetitos restituē mihi negligis. At ego mihi v̄ba dari lōgi⁹ certe nō patiar. Turpissimū eni est franciscū philelphū imberbē duci a ioannino barbato. Itaq̄z aut rē mihi meā restitue q̄primū: aut vbi ita malis tibi litē apud ꝑncipē pa ratā esse itellige. Nā q̄ alios ridere nunq̄ consueui: rideri abs te nolo. Uale Mediolani ex edibus meis Octauo calās augustas.

¶ Franciscus philelph⁹ Xenophonti filio S. D.

Crebriores litteras filij petit. CCCCXXIII.

f Eci te ad tertiũ nonas iulias per litteras certiorẽ: me nihil litterarum tuarum accepisse posteaq̃ ex venetiis solueras: preter eas quas ad tertium calendas apriles Troili scribe ad me dederas: cum interea temporis secundum: et nunc tertium tibi scripseram. Quod eo etiam magis miror: q̄ mari⁹ mihi significauit: sibi redditas abs te litteras: quibus cũ nulle prorsus iissent ad me. Ego aũt et si auguror: vt res habet: operepretium tamen duxi te cõmonefacere: si quando ad me scribis: vt cures: tua omnia scripta redditũ iri venetiis aut viro patricio bernardo iustiniano leonardi filio: aut ducali oratori antonio guidonibono. Nam marchesius rediit mediolanum. Tu si quid velis significato. Nos hic omnes valem⁹ recte. Uale. Ex mediolano Nonis Augustis.

¶ Franciscus philelphus Mario filio Sal. dicit.

Arguit filium q̄ patrem accusat. CCCCXXIIII.

q Uod expostulas meas lrãs minus sepe ire ad te: partim ipse tu: partim occupatiões mee sunt in causa. Q̄ si tuam ipse cãm sustuleris: ego quoq̄ meas oĩs occupationes amouebo. Noli iuuenis cũ sene de prudẽtia ꝯtẽdere: neq̄ cũ patre fili⁹. Noli Ūsutiã calliditati anteponere. Ratione vtere ꝯsilio. Jd si feceris: nunq̄ me incusabis: nec vlla ĩ re desiderab paternũ officium. Q̄ marlera meliuscule valet: gaudeo. Cesarẽ

meũ bene in litteris ꝓficere plurimũ letor: velim cetera que vel ad teipsum vel ad reliquã familiã attinẽt: diligent᷑ cures ad xeno phonta respondi. Tu qđ ad hugolotũ respicit: ne diuti⁹ neglige. Bernardũ pontanũ nostrũ bene valere opto. Uale. Ex mediolano Decimo calendas septembres.

Franciscus Philelphus Xenophonti filio Salutem dicit.

Monet filiũ: vt ꝛ sepius ꝛ apertius scribat. CCCCXXV.

m Alo te negociosum eẽ: ꝙ̃ ociosum: mõ negocia tibi tua aut dignitati sint aut cõmodo: qđ sine dignitate commodũ esse puto. Nã per lrãs quas modo ad sextũ calẽdas augustas dedisti ad me: adeo ostẽdis te occupatũ: vt nullũ tibi tp̃s relictũ videat᷑ scribẽdi ad patrẽ. Qđ das accipio. Et facis tu fortassis ex officio. Ego aũt auguror nescio qđ in hãc diẽ accepi secũdũ abs te lrãs: posteaꝙ̃ rhagusiũ es ꝓfect⁹. Si te negligentiorẽ aut min⁹ cautũ aĩaduertero. Tu quoqꝫ tardioris videb epistolas meas. Scripsisti oĩa istic ardere. Id dici puto ob immi nens a thurcis periculũ. Uellem scripsisses ꝛ latius ꝛ apertius: ne mihi sibilla interprete opus esset. Q amicus tuus iste cupit videre aliquid ex nostris scriptis: dabo operam: vt tibi mos geratur. Nos hic valemus. Uale. Ex mediolano Decimo calendas septembres.

Frãciscus philelph⁹ Laurentio pisaurensi Parmensium prefecto Salutem dicit.

Religiosi amico commendantur. CCCCXXVI.

e Et si ignarus certe non eram vel sine vlla cõmendatiõe mea nihil esse apud te antiquius iusticie pietatisq; officio: tamẽ vt intelligeres: q̃ mihi rem gratam facturus esses: si negociũ religiosoꝝ fratrũ sancte marie seruoꝝ qui appellant: ita curaueris: vt isti oẽs intelligãt: meã de se cõmẽdationẽ fuisse singularẽ: libuit abs te petere: ac etiã si opꝰ fuerit cõtendere: ne patiaris eẽ frustra itum ad me. Nemo est enĩ: qui amiciciã nostrã ignoret. Quã vt huiusmodi quoq; munere clariorẽ oĩbus facias rogo. Nosti pudorẽ meũ. Nunq̃ ausim tãtope te aliquid petere: quod ab honestate abhorrere videat. Uale cũ tuis oĩbꝰ Ex mediolano Septimo calendas septembres.

Frãciscus philel. Joanni aloysio guidobono S. di.
Libros carminũ pluribꝰ desideratos alij mittit. CCCCXXVII

f Uere nõnulli veneti: qui a me per lrãs meos carminũ libros exscribendos petierũt. Quibus ego sigillatim gessissem q̃primũ morẽ si tot mihi eius operis fuissent exẽpla. Sed cũ nullũ mihi omnino relictũ sit: preter id vnũ: qḋ initio scripserã: existimaui hoc pacto satis ab me iri oĩbꝰ factũ: si tibi huiusmodi ꝓuinciã pro nostra beniuolentia delegarẽ. Itaq; dedi ad te eũ ipsum carminũ codicẽ manꝰ mee: vt vides: festina exaratũ arundine. Cuiꝰ tu ita pro tua prudẽtia feceris oĩbus copiam: vt intra sextũ mensem codex ad dominũ redeat. Uale. Et patrẽ tuũ grauissimũ virũ ṽbis meis saluere plurimũ iube. Uale. Ex mediolano Idibus septembribus.

Frã. p. Hieronymo castello pho ac medico Sa. di.
Operam amici petit. CCCCXXVIII.

Vi tibi reddidit meas litteras: qua in re tua sit opus
q opera: coram verbis meis exponet. Scio quanti me fa
cis: et quam tibi charus sim. Itaque non esse opus intelligo:
vt te aut rogem hominem amicissimũ: aut horter virum diligen-
tissimũ et optimũ. Quod si dederis operam: ne frustra in te spem pre
cipuã collocarim: immortali me afficies beneficio. Vale. Ex me-
diolano Quarto idus martias. Anno domini. M.cccclxj.

Franciscus philelphus Lodouico casell e S. d.
Beneficiũ beneficio accumulari orat. CCCCXXIX.

Ingularem tuam erga me beniuolentiam multis tuis
s permagnisque officijs sum expertus. Meus autem in te
animus qualis sit: qualisque semper fuerit: ea tibi esse de
bet certissima coniectura: que es de me sepemeritus quam optime. Quo
fit: vt omnibus meis in rebus nõ secus te vtendum existimem: quam
et amicissimo et optimo viro. Itaque tuum est: vt beneficium bene
ficio cumules: tibique persuadeas: eum mihi animũ esse: vt si mi-
nus referre: habere tamen gratiam non minus possim quam velim:
nec minorem agam quam debeam. Vale. Ex Mediolano Quarto
idus martias.

Franciscus philelphus Catoni sacco Iure
consulto et oratori Salutem dicit.
Questiones quedã a philelpho petunt. CCCCXXX.

Ideo te esse admodũ ociosum: vtpote qui a legũ ac iu-
v ris ciuilis studio tantisper venia exorata: donec consti
tute vacationes preterierint: te oblectãdi gratia: vt es
homo voluptarius: his questionibus obtuleris: que et iucunde sunt

et homine vrbano minime indigne. At ego nequaquam respondebo tibi: vt aristoteles aut plato: sed vt philelph9. Si quid vo acutius volueris: tuam istam academiam cõsules. Sequar autẽ ordinem propositarum a te questionum. Et primũ tu quidem petis: quid cause esse putem: q hebrei omnes natura fetẽt. Utrum hebrei omnes: vt tu ais: feteant: an id min9: nihil compertũ habeo. Sed quid in causa esse queat: vt nõnulli malũ odorem et plerique bonũ de se prebeant: potest vtrũque in aliis natura: ĩ aliis more accidere. Nam qui cibo sunt aut potu inferiores: ij male cõcoquant necesse est. Ex concoctione aũt mala aut morbi manãt alij atque alij: aut per sudorẽ ea resoluitur. Aut istiusmodi sudor: quẽ fetulenta emiserit cõcoctio necessario odorem habet cõcoctioni simillimũ. Ex illiusmodi autẽ humore: siue is intrinsecus p cutẽ emerserit: seu in supficie sit membrorũ: tristis sane odor exhalat. Nec in hebreis id offensiõis magis accidit q̃ in oibus qui viuũt incontinent: siue cibi ac potus incontinẽtia: siue etiã aliter. Sed fortasse eo magis in hebreorũ genere id vsu venit: q plerique oẽs mensarij sunt: feneratoriã exercentes: et ita nullis exercitati laboribus. Quo fit: vt nimio ocio: quieteque marcescẽtes: tetrũ de se odorem emittant sit necesse. Contra autem qui sobrie temperanterque vitam agant: seque persarũ more assidue exercent: aut equitando: aut ambulando: aut aliter ingenue: hi certe non modo nõ male olent: sed bene potius. At sunt sane q̃ natura delectãt odore suo. Ut de Alexandro macedonum rege legitur: cuius etiam vestimenta: que eius corpus contigissent: gratum odorem exhalarant. Id vo ob aliam nullam fiebat rationem: q̃ ob maximum

calorem corporalis illius temperamenti. Quare non est mirandum: si quandoque alexander in iram adeo exardesceret: vt eos etiam quos habebat charissimos interimeret. Quod tum maxime accidebat: cum ad nature feruorem vini estus in potu accederet. Nam ex non adulterato nature calore cum alia bona et vtilia permulta; tum suauissimus odor gignitur. Que quidem res vel ea ratione probari potest; quod et casie: et cinnama: et thus: et cetera huiusmodi odorifera pigmentorum genera non nisi in arabia et calidissimis regionibus oriuntur. Et si ii qui sunt calido corporis temperamento: natura bene olent: ii necessario olent male qui frigido sunt et humido; vt de pituiticis licet intueri. Quo in genere populi septentrionales fere sunt omnes; qui ad frigiditatem et humorem temperamenti; vbi vite quoque ac victus incontinentiam adiunxerit; omni sunt nausea tetriores. Quod autem petis secundo loco; qua ratione fieri censeam; vt autumnali tempore appetentiores vescendi simus quam aliis anni temporibus: Ad id quoque quid sentiam: non ambigam tibi ostendere. Sunt qui arbitrentur id accidere copia atque varietate illorum fructuum; qui per id temporis ex arboribus manant: vt sunt mala: pyra: pruna: castanee: mollusce: ficus: vue: sorbula: muspula; ceteraque huiusmodi prope innumerabilia pomorum: nucum: atque baccarum genera. Namque istiusmodi esculentorum illecebris gustus delectatus: vt stomachum veluti ad ea admittenda inuitat; ita ad concoquendum reddit ardentiorem. quibus etiam humectatus venter quod susceperit: et facilius deiicit et celerius Unde stomachus onere vacuus assiduus appetit impleri. Eam

vero rationem nituntur confirmare ex egrotantium consuetudine: qui per huiusmodi fructuum esum recuperant vescendi appetitū. At huiusmodi mihi cause autumnalis edacitatis minime probant. Pirorum eni et ficuū: ⁊ vuarum: similiūq; fructuū esculenta et humectant stomachum: ⁊ frigidiorē efficiunt. Id autem vt concoctioni detrimentosum est: ita etiam cōmedendi appetitum aufert. Itaq; alia mihi cōmodior occurrit ⁊ probabilior ratio. Autumnū estas antecessit. At per estatem intimus ille calor noster ⁊ proprius: quo naturalit̄ alimur: dispergit̄ fitq; imbecillior ac rarior. Idem in autumnū cogit̄ rursus: receptusq; penitꝰ intra corpus propter eius densitatē atq; refrigerationē exteriorem vim suam roburq; reassummit. Preterea cū per estatem magis vtimur potu: ac cibis itē humidioribus: ob caloris magnitutudinē: natura in autumnali tempore mutatiōis cupida contrariū querit. Itaq; nos maiore afficit fame: siccūq; alimentū corporis reddit temperamēto. Quid vero in causa rear esse: vt cygni in anima efflanda ⁊ sonorius canāt: ⁊ dulcius: dicā audacter qđ sentio. Neq; me hoc loco deterrebit ab animi iudicio Platonis auctoritas: apud quē disputat socrates: cygnos idcirco in morte sonātius canere ac meliꝰ: qm̄ tum maxime prouideant imortalitatē animorꝝ. At ipse id puto natura fieri: que studiosa conseruande sui vitales omnis spiritus per corpus dispersos cōtrahit ad cor: tanq; ad arcem vitalis presidij ac roboris. Sed vbi natura frustra diu multūq; luctata: necessitati parere tandē cogit̄: spiritus illi deserta cordis statione: emergētes impetu quodā itrin-

sec⁹ per anularis illos lõgissimi colli ambitus ad os ipsum sonũ quendã pleniorem efficiunt musici cantus simillimũ. Ad postremũ aũt quesitũ est a te: q̃d remedij afferri queat: quo min⁹ quis ebrietate superetur: in liberiore conuiuio: quod greci symposion nominãt. Et ad istud quoq; facilis est responsio. Drusus germanicus tyberij cesaris frat: vt erat vir ꝛ liberalis ꝛ gratiosus: istiusmodi tuo conuiuij genere delectari solitus tradit. Cõuiuis aũt reliquis ebrietate correptis: solus medic⁹ vino superior est inuentus: cum is tamen lõge magis q̃ alius quisq; sese potu obrueret. Sed posteaq̃ est aiaduersum: cõsueuisse medicum anteq̃ bibere inciperet: vesci semper quinq; aut sex amaris amigdalis: vbi id facere est a druso prohibitus: mox post paruũ etiã potũ ebrietati cõcessit. Potes igitur etiam tu quandocũq; vel germanos: vel burgundiones tuos: qui et ipsi quoq; ex germania olim profecti in gallia cõsederũt: istiusmodi ꝯuiuio acceperis: solus videri sobrius: si volueris: ꝑ huiusmodi amarorũ esum amigdalarũ vino iter prohibere in venas. Q̄ si huiusce rei quesieris rationem: ea mihi videtur esse: ꝙ vis amaritudinis naturaliter desiccat: atq; consummit humiditates. Itaq; ex omnibus liquorib⁹ amarus maxime gustũ offendit: vt ait Plato: vtpote qui lingue venulas: que et molles sunt ꝛ rariores: contendit humiditatibus ex ariditate resolutis. Videm⁹ etiam vlcera amaris medicamẽtis extenuari ac purgari. Sed hec phisicis relinquam⁹ et medicis. Vale. Ex mediolano Nonis aprilibus.

Epistolarum francisci philelphi Finis.

Sequunt epistole due ex Pico.

¶ Joannes Picus mirandulanus Hermolao barbaro suo Salutem dicit.

Go quidē mi Hermolae nec possum aut tacē q̄ de te sentio; aut non sentire ea q̄ de illo debeant; in q̄ oia veluti singula summa repiant. Sed vtinā eēt is mee mētis captus: vt pro meritis tuis de te sentirē: vtinā ea dicendi vis: vt exprimere aliqn̄ possem qd̄ semp sentio. Scio q̄ de te cōcepi infinitū subsidere infra fastigiū doctrine tue. Scias ꝛ tu quecūqꝫ loqmur: lōge eē minora iis q̄ ꝑcipim⁹: tā deesse scias aio ꝟba q̄ꝫ reb⁹ anim⁹ deest: ꝛ tū ita me audere credis vt sperem posse imitari tua: quoꝝ nec magnitudinē estimare possum. Admirari te pn̄t oēs: imitari tā pauci pn̄t: q̄ꝫ nemo reprehēdere. Et vtinā ea mihi felicitas: vt que scribā: hermolaum meū aliq̄ ex parte imaginent. Ipse enī; vt taccam cetera: stilus tuus: cui tu adeo parū faues: mirū quantū me afficit; quantū me delectat. Ita est doctus: grauis: composit⁹: eruditus: excussus: ingeniosus. In quo nihil expositū: nihil sit triuiale: seu ꝟba seu sentētias spectes. Legim⁹ sepe ego ꝛ noster politian⁹ q̄scūqꝫ habem⁹ tuas: aut ad alios: aut ad nos eplās: ita semp priorib⁹ certant sequētia: ꝛ noue fertiliter inter legēdū efflorescūt gratie: vt perpetua quadā acclamatione interspirādi locū nō habeam⁹. Sed mirū dictu: q̄ꝫ ꝑsuadeas: ꝛ legentis animū quocūqꝫ velis impellas. Expꝰtus sum ego cū semp alias; tum hac prima tua ad me eplā.

In qua dũ barbaros hos phos insectaris: quos dicis haberi vulgo sordidos: rudes: incultos: q̃s nec vixisse viuẽtes: nedũ extincti viuãt. Et si nũc viuãt: viuẽ in penã ꝛ ↄtumeliã. Ita porro sum cõmotus: ita me puduit piguitq; studiorum meorũ. Iam eni sexenniũ apud illos vsor: vt non min⁹ me fecisse velim: q̃ in tã nihili facienda re tã laboriose ↄtẽdisse. Perdiderim ego inquã apud thomã: ioannẽ scotũ: apud albertũ: apud auerroim meliores ãnos: tantas vigilias: quibus potuerim in bonis litteris nõ nihil esse. Cogitãbã mecũ: vt me consolarer: si qui ex illis nunc reuiuiscant habituri ne quicquã sint: quo suam causam argumẽtosi alioquin hoies rõne aliq̃ tueant: demũ succurrit ex ipsis quẽpiã paulo facũdiorẽ suam barbariã: quã poterit minime barbare hunc in modum fortasse defensurũ. Uixim⁹ celebres o hermolae: ꝛ posthac viuemus: non in scholis grãmaticorũ ꝛ pedagogijs: sed in philosophorũ coronis: in conuentib⁹ sapientum: vbi non de matre andromaches: non de niobes filiis: atq; id genus leuib⁹ nugis: sed de humanarum diuinarumq; rerum rationibus disputatur ꝛ agitur. In quibus meditandis: inquirendis: ꝛ enodandis ita subtiles: acuti: acresq; fuimus: vt anxij quãdoq; nimiũ ꝛ morosi fuisse forte videamur: si modo esse morosus quisquam aut curiosus nimio plus in indaganda veritate potest. Atq; in his si quis nos arguat hebetudinis et tarditatis; age amabo quicunq; is est: pedem conferat: experietur habuisse barbaros non in lingua: sed in pectore mercuriũ: non defuisse illis sapientiam: si defuit eloquentia: quã cũ sapientia non ↄiũxisse: tantũ fortasse abest a culpa: vt coniũxisse sit nephas. Quis enim cincinnos; quis fucũ in proba

virgine non damnet ꝛ detestet? Tanta est inter oratoris munus et philosophi pugnantia: vt pugnare magis inuicem nō possint. Nā qđ aliud rhetoris officiū: ꝙ̄ mentiri: decipe: circūuenire: pstigiari? Est eni vestrū: vt dicitis: posse pro arbitrio i cādida nigrū vertere: in nigra cādidū. Posse qcūqꝫ vultis tollere: abijcē: amplificare: extenuare dicēdo: demū res ipas magicis qsi: qđ vos iactatis: virib⁹ eloquētie i quā libuerit faciē habitūqꝫ trāsformare: vt nō qlia sunt suapte ingenio: sꝫ qualia volueritis: nō fiant quidē: sed cū sint: nō esse tamen audiētib⁹ appareant: hoc totum est: nec quā aliud ꝙ̄ merū mēdaciū: mera impostura: merū prestigiū? Cū a natura rei semꝑ vl' excedat augēdo: vel minuēdo deficiat: ꝛ fallacē verboꝝ concentū veluti laruas ꝛ simulachra pretēdens auditoꝝ mētes blādiendo ludificet. Eritne huic cū philosopho affinitas: cui⁹ studiū omne in cognoscēda ꝛ demonstrāda ceteris veritate versatur? Adde ꝙ nobis nulla erit fides: lauticias vocū ꝛ veneres effectātib⁹ quasi reb⁹ parū fidētib⁹: nec vero nixi: trahere: in sententiā his lenocinijs hoīes queram⁹. Est ob cām legēres sacras rustice poti⁹ ꝙ̄ eleganter scriptas: ꝙ nihil sit magis decēs ꝛ noxiū in oī materia: in q de vero cognoscēdo agit: ꝙ̄ vniuersum istud dicēdi gen⁹ elaboratū. Hoc forensiū est questionū: nō naturaliū atqꝫ celestiū. Nō est eoꝝ q in academia: sꝫ q i repub. illa versant: in q q fiūt queqꝫ dicunt: populari trutina examinant: apud quā flores fructib⁹ lōge preponderant. Nōne scis illud: nō oīa oib⁹ pari filo pueniūt. Est elegās res: fatemur hoc: facūdia: plena illecebre ꝛ voluptatis: sꝫ in philosopho nec decora nec grata. Quis mollem incessum; argutas man⁹; ludibūdos oculos in

histrione z saltatore nō ,pbet: In ciue: in pho q̄ a nō improbet: ar guat: abhominet: Si puellā viderim⁹ morib⁹ lepidā atq̃ dicacu lā: laudabim⁹: exosculabimur. Hec ī matrona damnabim⁹ z psequ mur. Nō ergo nos: sed illi inepti: q̄ ad pedes veste agāt bachana lia. Qui grauitatē philosophicarū rerū z castitatē ludicris velu ti et calamistris dehonestēt. Profecto qd Sinesi⁹ de adolescēte: de orōne dici cōmode potest: comatā orōnē semp cinedā. Quare nos nostrā malum⁹ capillis hirtā: globosam: inexpeditā: q̄ cum impuritatis vel nota vel suspicione belle comatā. Et vt nihil sint reliq̄: hoc est verissimū: nihil eē diuersum magis ab instituto phi q̄cūq̄ in re: q̄ qd luxū aut fastū aliq̄ ex parte sapit. Sicionios cal ceos habiles aptosq̄ ad pedē dicebat socrates: sz socrati nō cōue nire oīno: nō eadē rō ciuil' habit⁹ z philosophici: sic vtiq̄ neq̄ mē se neq̄ sermonis. Utit iis phs dūtaxat ad necessitatē: vtit ciuil' hō etiā ad gratiā. Quā z h̄ si neglexerit nō ciuil': z ille si affectaue rit: nō erit phs. Si possz pythagoras viuē sine cibo: holerib⁹ etiā parceret. Si sua sensa aspectu aut demū minore q̄ sermonis opa explicare: oīno nō loq̄ret: tantū abest vt linguā poliat z exornet: qd vel ob id cauēdū nob: ne illect⁹ cute medicata lector demoret ad eā: ad medullā z sanguinē non puadat: quē subesse sepe cerusa to ori infectū vidim⁹. Uidim⁹ inquā in hisce oīb⁹: quib⁹ ppterea in vsu venit: cū nihil sit intus nō inane z vanū: detinere lectorē in prima facie modulatu vario atq̄ ↄcētu. Qd si fecerit phs: clama bit musoni⁹: nō philosophū loq̄: sz tibicinē canē. Nō ergo nob vi tio detur: id nō fecisse: qd fecisse vitiū erat. Querim⁹ nos quidnā scribam⁹; nō querim⁹ quō: imo quō querim⁹: vt scz sine pompa z

flore vllo orõnis. Quã nolum⁹ vt delectabil: venusta ꝛ faceta sit: sed vt vtil: grauis: ꝛ reuerēda: vt maiestatē potius ex horrore: ꝙ gratiã ex mollitudine ꝯsequat: nõ expectam⁹ theatri plausum: ꝙ aures demulserit eq̄bilis clausula vel numerosa: ꝙ h sit falsum: il lud sit lepidũ. Sed expectam⁹ poti⁹ paucoꝝ p̄re admiratiõe silē tiũ: introspiciētiũ: penit⁹ aliqd: aut de nature aditis erutũ: aut de celi aula ad homines adductũ: tum vel aliqd ita argutum: vt defendendi: ita defensum: vt arguendi non sit locus. Admirent p̄terea nos sagaces inquirēdo: circũspectos in explorando: subti les in ꝯtēplãdo: in iudicãdo graues: implicitos in vinciendo: fa ciles in enodando. Admirent in nobis breuitatē still: fetã rerum multarũ atq̄ magnarũ: sub expositis verbis remotissimas sentē tias: plenas questionũ: plenas solutionũ. Quã apti sum⁹: ꝙ bene instituti: ambiguitates tollere: scrupulos diluere: inuoluta euol uere: flexianimis syllogismis ꝛ infirmare falsa: ꝛ vera ꝯfirmare. His titul⁹ o hermolae vindicauim⁹ hucusq̄: ꝛ vindicaturos post hac ab obliuione memoriã nostrã nõ dubitamus. Quã si vulgo: vt dicis: habemur sordidi: rudes: inculti: hoc nobis ad gloriã est: non ad contumeliã. Vulgo non scripsim⁹: sed tibi ꝛ tui similib⁹. Nec aliter ꝙ prisci suis enigmatis ꝛ fabularum inuolucris arce bant idiotas hoies a mysteriis: ꝛ nos ꝯsueuim⁹ absterrere illos a nostris dapib⁹: q̄s nõ polluere nõ possent amariori paululũ cor tice verboꝝ. Solent ꝛ qui thesauros occultare volũt: si nõ datur seponere: quisquiliis integere vel ruderib⁹: vt p̄tereuntes nõ de prehēdant: nisi q̄s ipsi dignos eo munē iudicauerint. Sic e phoꝝ studiũ: celare res suas populũ: a q̄ cũ nõ ꝓbari modo: sed nec itel

ligi illos deceat: nō potest nō dedecere: habē aliqd q ipsi scribūt: theatrale: plausibile: populare: qd demum multitudinis iudicio accōmodare se videat. Sed vis effingā ideam sermonis nostri: Ea est ipsissima q sylenoꝝ nostri alcibiadis. Erāt eni hoꝝ simulachra hispido ore: tetro ꝛ aspnabili: sed intus plena gēmarū: supellectil' rare ꝛ pciose. Ita extrisec' si aspexeris: ferā videas. si introspexeris: numen agnoscas. At inqes nō ferūt aures: nūc aspe rā: nūc hiulcā: semp incōsonā texturā. Nō ferūt barbara noīa ipo etiā pene timēda sono. O delicate cū accedis choraulas ꝛ cytharedos pone te in aurib'. Cū hō pbos: auoca a sensib': redeas ad teipsum in animi penetralia mētisqꝫ secessus. Assūme illas thianei aures: quibus cū omnino non erat in corpore: non terrestrem marsiam: sed apollinem celestem diuina cythara vniuersi melos: ineffabilibus temperantē modis exaudiebat: his auribus philosophorū verba si delibaueris: mellea tibi ad nestoris inuidiā esse videbuntur. Sed hec sinamus nimio plus assurgentia profecto fastidire in philosopho subtilissime disputāte minus concinnam elocutionem nō tam delicati stomachi est ꝙ insolentis. Neqꝫ est aliter: ac si quem in socrate de moribus docente offendat: aut laxus calceus: aut toga dissidens: ꝛ sectum praue stomachet obunguem. Non desiderat tullius eloquentiam in philosopho: sed vt rebus et doctrina satisfaciat. Sciebat tam prudens ꝙ eruditus hō vestrū esse cōponere mentē poti' ꝙ dictionē. Curare ne quod aberret ratio: nō oratio. Attinere ad nos

nō attinere laudabile in nob habere musas in animo ꝛ nō in labris: ne quid in illo vel p irom sonet asperius:

vel per libidinē eneruatius: deniq; ne q̄ sit discors a genuina ipsa q̄ tēperat⁹ est modulabilit̄ harmonia. Quā plato cū intelligeret theatrali ista ⁊ poetarū sepe corrūpi: a repub. sua poetas oēs eliminauit: gubernandā aūt philosophis reliq̄t: mox certe si p lasciuiā differēdi poetas fuerint imitati: exilio ɔdemnādis. At instabit lucreti⁹: et si nō egeant p se philosophie cōmentatiōes amenitate dicēdi: p ei⁹ tamē adhibitionē dissimulandā esse ipsarū rerū austeritatē. Sicut absynthia p se pellūt morbos: melle tamē illiniunt: vt puerorum etas improuida ludificet. Hoc forte tibi faciēdum erat o lucreti: si pueris scribebas tua. Si vulgo: faciendum vtiq; tibi: q̄ nō absynthia mō: sed meracissima toxica ꝓpinares. Sed lōge alia nob habēda ratio: q̄ vulg⁹; vt antea diximus: nō allectare querim⁹; ꝫ absterrere. Nec terra absynthia: sed nectar ꝓpinam⁹. Sed cōtendet lactātius satis cōstare: in auditorum aios vt seniorum influere potētius veritatē: ⁊ vi sua instructā: ⁊ luce orationis ornatā. Si fuisses o firmiane tam frequēs in sacris lrīs: q̄ꝫ in fictis litib⁹ fuisti: ⁊ hoc nō dixisses: ⁊ nostra nō minus bene fortasse confirmasses q̄ꝫ destruxeras aliena. Dic queso: quid mouet forti⁹ ⁊ ꝑsuadet: q̄ꝫ sacrarū lectio lrārū: Nō mouent: nō ꝑsuadēt; sed cogūt: agitant: vim inferūt. Legis rudia ꝟba ⁊ agrestia: sed viua: sed aīata; flammea; acculeata: ad imū spiritū penetrātia; hominē totū potestate mirabili transformātia. Periclis orōnib⁹ elaboratis ⁊ luculentis nihil se cōmoueri inquit alcibiades: sed socratis ꝟbis nudis ⁊ simplicib⁹. Addit etiā: si sint inepta: rapi i furorē; extra se poni: ⁊ velit nolit; faciēdū ei quod ille p̄ceperat. Sed quid perdo ꝟba in re cōcessa; si nō desipit auditor a fucato

sermone quid sperat aliud q̄ insidias? Tribus maxime ꝑsuadet: vita dicētis: veritate rei: sobrietate orationis. Hec sunt lactanti que philosopho fidē cōciliabunt: si bon⁹ fuerit: si veridicus: si id gen⁹ dicēdi appetens: quod non ex amenis musarū siluis: sed ex horrēdo fluxerit antro: in quo dixit heraclitus latitare veritatē. At dicet quispiam. Age amice examinemus hec deposita cōtentione. Reuerēdū quiddā atq; diuinū per se est sapiētia: nec exotico quoquā eget ornatu: sed que inuidia: ꝛ huc accedere? Quis negat que per se decent: si adornent fieri decētiora. Ego amice hoc in plerisq; nego: adeo multa sunt quorum splendorē: si quid adiunxeris: elimines: ꝛ non illustres: ita sunt: scilicet in sua natura: optimo statu: vt demutari ab illo nisi in peius non possint Marmorea domus picturam non recipit. Si opus albariū superinduxeris demas de dignitate: de pulchritudine. Non aliter et sapientia: ꝛ que tractātur a philosophis tectorio non clarescūt: sed obfuscantur. Quid plura? Nōne vulgatum: bonas formas cerusa deuenustari? In vniuersum quicq̄d pulchri supimponas celat: quid īuenit: quid affert secū: illud ostentat. Quare si quid prius fuerat aduentitio: prestat. Jacturam fecerit illud quicq̄d est non lucrum: ob eā causam nudam se prebet philosophia: vndiq; conspicuā: tota sub oculos: sub iudicium venire gestit. Scit se habere vnde tota vndiq; placeat. Quantū de ea velles: tantū de forma velles: tantum de laude minues: sinceram ꝛ impermixtam se haberi vult: quicq̄d admisceas infeceris: adulteraueris: aliā feceris. Stat pūcto insectili et indiuiduo. Quapropter nec ludēdū tropis: nec Ϟbis aut nimis luxuriādū: aut trāslatis lasci-

ulendum: aut facticiis audendum in re tam seria: tanti discrimi-
nis: in qua demere: addere: demutare aliquid sit flagitium. At
inquiet age damus hoc vobis: vt non sit vestrum ornate loqui.
sed vestrũ est certe: quod nec prestatis: vt latine saltem. vt si non
floridis: suis tamen verbis res explicetis. Non exigo a vobis
orationem comptam: sed nolo sordidam: nolo vnguentatã: sed
nec hircosam. Non sit lecta: sed neglecta. Non querimus vt dele
ctet: sed querimur quod offendat. Bene habet iam: scilicet ad nos
deficis. Sed amabo incognoscamus quid isthec sit latinitas: quã
solam dicitis debere philosophos: et non persoluere. Si dicendo
incurrat: exempli causa: a sole hominẽ produci: causari hominẽ
nostrates dicent. Clamabis actutũ: hoc non est latinũ: hucusque
vere: non est romane dictũ hoc vero verius: igitur non recte: pec
cat argumentũ: dicet arabs eandem rem: dicet egyptius non di-
cent latine: sed tamen recte. Aut enĩ nomina rerum arbitrio con-
stant: aut natura. Si fortuito positum: vt scilicet cõmunione ho-
minũ in eandem sententiã conueniẽre: quo sanxerint vnũquodque
nomie appellari: apud eos recte appellet. Quid prohibet hosce
philosophos: quos nũcupatis barbaros: conspirasse in vnam di
cendi normam: apud eos non secus sanctam ac habeantur apud
vos romana. illam cur rectam non appelletis: appelletis vestrã:
nulla est ratio. Si hec impositio nominũ tota est arbitraria. Que
si dignari illam romani nominis appellatione non vultis: galli-
cam vocetis: britannicam: hispanam: vel quod vulgares dicere
solent parisiensem. Cum ad vos loquentur: cõtinget eos pleraque
rideri: pleraque non intelligi. idem accidet vobis apud eos loquẽ

cibus

id est anacharsis apud athenienses soloecismum facit. Athenienses apud scythas: q̄ si nominū rectitudo pendet ex natura rerum: debemus ne rhetores an philosophos qui rerū omniū naturam soli perspectam habent et exploratam: de hac rectitudine consulere: Forte que aures respuunt vtpote asperula: acceptat ratio: vtpote e reb⁹ cognatiora. Sed quid oportuit nouare eos linguam: et si nati erant inter latinos: non latine loqui. Non poterant illi o hermolae dum legebant in celo fatorum leges et ordinem vniuersi. Legebant in elemētis vices et obeundi: simplicium vires: mixtorum temperaturas. Non poterāt inquā eodem tempore in cicerone: in plinio: in apuleio romane lingue proprietates: leges: obseruātias annotare. Querebant quid abhorrens: quid receptum in natura: quid a romanis interea: non curabant. verumenimuero iam te loco meliore statuo: do tibi eloquentiam et sapientiam mutuo nexu inuicem conspirasse. Abiunxerunt philosophi sapientiam ab eloquentia: abiunxerunt historici: rhetores: poete: quod deflet philostratus: eloquentiam a sa sapientia. Hos tu victuros celebri fama minime dubitas: illos non nisi in penam et contumeliam. Vide quid agas. Indesertam mauult Cicero prudentiam: quam stultam loquacitatem. Non querimus in pecunia; qua moneta percussa sit: sed qua materia constet. Nec est qui purum aurum non malit habere sub nota teutonum: quam sub Romano symbolo facticium. Peccant qui dissidium cordis et lingue faciunt. Sed qui excordes toti sunt lingua nonne sunt mera; vt cato ait; mortuaria glosaria. Viuere

sine lingua possumus forte non commode. Sed sine corde nullo modo possumus. Nō est humanus qui sit insolens politioris litterature. Non est homo qui sit expers philosophie. prodesse potest infantissima sapientia: insipiens eloquentia: vti gladius in furentis manu: non obesse maxime nō potest: ergo inquies & statue non a figura: sed a materia cōmendantur: & si cherillus eadē que homerus & de eisdem meuius ac virgili9 cecinissent: futurū erat: vt eque illi atq; isti inter poetas reciperentur. Nonne fides disparilitatem similitudinis. Illud et nos asseueramus a specie rem estimari nō ex subiecto. Est enim a specie res id quod est: sed alia specie quispiam inter philosophos: alia inter poetas recipiendus. Scribat lucreti9 de natura: de deo: de prouidētia. Ascribat de eisdem ex nostris quispiā. Scribat ioannes scotus et quidem carmine vt sit ineptior: dicet lucreti9 rerū pncipia atomos et vacuum: deum corporeū: rerum nostrarū inscium temere oia fortuito occursu corpusculoꝝ ferri. Sed hec latine dicent et eleganter. Dicet ioannes que natura constant sua materia specieq; constitui: esse deum separatam mentem: cognoscentem omnia: omnib9 consulentem. Nec propterea q; vniuersa etiā infima videat ac moderet: e sua pace minimū dimoueri. Sed qd dici solet
At dicet insulse: rudi-
ter: non latinis verbis. Queso quis in dubiū reuocet vter poeta melior: vt philosoph9. Extra omnem est controuersiam tam recti9 scotū philosophari: q̄ ille loquit ornatius. Sed fide quid differant. Huic os insipidū: illi mens desipiens: hic grāmaticorum: ne poetarū dicam: decreta nescit: ille dei atq; nature. Hic

infantissim⁹ dicendo sentit ea que laudari dicendo satis nō pos-
sunt: ille fando eloquentissimus eloquitur nefanda. Hec illi for-
tasse afferent hermolae charissime in defensionē sue barbarie; aut
que sunt subtilitate multo fortasse meliora. Quorū sentētie nec
ego plane accedo nec ingenio cuiquam ꝛ liberali accedendū pu-
to. Sed exercui me libenter in hac materia tanꝗ̄ infami; vt qui
quartanā laudant: cum vt ingenium periclitarer: tum hoc consi-
lio: vt veluti glauco ille apud platonem iniusticiam laudat: non
ex iudicio: sed vt ad laudes iusticie socratem extimulet: ita ego
et eloquentie causam a te agi audiam in eam licentius repugnā-
te: paulisper sensu atqꝫ natura inuectus sum: quam si vel negligē
dam vel posthabendam barbaris existimarem: nō ab illis ad eā
quod nuper feci: ad grecas litteras: ad tuum nunꝗ̄ satis lauda-
tum themistium pene totus defecissem: ꝗ̄uis dicam libere quod
sentio: mouent mihi stomachum grammatici quidam: qui cum
duas tenuerunt vocabulorum origines: ita se ostentant: ita ven-
ditant: ita circūferunt iactabundi: vt pre se ipsis pro nihilo ha-
bendos philosophos arbitrentur. Nolumus inquiunt hasce no-
stras philosophias: et quid mirū: nec phalernū canes. Sed nos
hac fini epistolam claudamus. Si decus aliquod nomenqꝫ sibi
promeruerunt barbari illi sola rerū cognitione: non esse facile di-
ctu: quem locum: quid laudū tu tibi vendices: qui sis inter phi-
losophos eloquentissimus: inter eloquentes: vt grece

Florentie Tertio nonas

iunias. M.cccc.lxxxv.

¶ Joannes picus Mirandulanus Joanni fracisco ex fratre nepoti Salutē in eo qui est vera salus.

D Iscedenti tibi a me plurimas statim ad malū oblatas occasiones: que te perturbent: et arrepto bene viuendi pposito aduersent: nō est fili qd admireris: sed neqꝫ qd doleas aut expauescas. Quātum illud potius esset miraculum: si tibi vni inter mortales sine sudore via pateret ad celum; quasi nunc primum et fallax mundus et malus demon esse desineret: aut quasi tu in carne adhuc non esses; que concupiscit aduersus spiritum: et nisi saluti nostre vigiles perspexerimus; circeis ebrios poculis in prodigiosas brutorum species illecebrosa deformat. Sed et gaudendū tibi esse affirmat Jacobus; scribens Gaudete fratres cum in tentationes varias incideritis; nec immerito quia que eni spes glorie; si nulla sit spes victorie? Aut victorie locus quis esse potest vbi pugna non est? Uocat ad coronam: qui prouocat ad pugnam: atqꝫ ad eam presertim: in qua nemo vinci potest inuitus; neqꝫ aliis nobis: vt vincamus viribus opus est; quam vt vincere ipsi velimus. Magna christiani felicitas; quando et in eius arbitrio posita est victoria; et omni vincentis voto omniqꝫ expectatione maiora futura sunt premia. Dic queso fili charissime: estne aliquid in hac vita ex iis quorū libido terrenas agitat mentes: pro quo adipiscēdo non multi prius subeundi labores: multa indigna et misera tollerāda sint. Bene actū secū putat mercator; si post decēnem nauigationē; post mille incōmoda: mille vite discrimina rem sibi cōparauerit paulo vberiorē. De militia seculi nihil est quod ad te scribā; cuius miserias ipsa satis te docuit

et docet experiētia. In principum gratia pmerēda: in equalium amiciciis conciliandis: in honoribus ambiendis: que moles mo lestiarum: quantū anxietatis: quantū sit sollicitudinis: ex te ego discere poti⁹ possum q̄ꝫ te docere: q̄ meis libris: meo ociolo ꝯten tus: a pueris vsq̄ꝫ intra fortunam viuere didici: ꝛ quantū possum apud me habitans; nihil extra meipsum suspiro vl' ambio. Ergo terrena hec caduca: incerta: vilia: ꝛ cum brutis nobis quoq̄ꝫ com munia: sudantes etiā ꝛ anhelantes vix consequemur: ad celestia atq̄ꝫ diuina: que nec oculus vidit: nec auris audiuit; neq̄ꝫ cor co gitauit: somniculosi ꝛ dormiētes ꝛ propemodū inuiti a diis tra hemur: q̄si sine nobis aut deus regnare: aut celestes illi ciues bea ti esse nō possint. Profecto si terrena felicitas ociosis nobis cōpa retur: posset aliquis laborem detractans: malle mūdo seruire q̄ꝫ deo. sed si nihil min⁹ in via: imo longo magis in peccatoꝝ via fa tigamur: vnde illa vox damnatorū. Lassati sumus in via iniqui tatis; non potest nō extreme esse demētie: ibi nolle poti⁹ labora re vbi a labore itur ad mercedē: q̄ꝫ vbi a labore itur ad suppliciū. Mitto quanta sit illa pax: quantaq̄ꝫ felicitas animi; nil conscire sibi: nulla pallescere culpa: que proculdubio voluptatibus omni bus que possideri vel optari possint in vita longe preponderat. Quid eni optabile in voluptatibus mundi: que dum queruntur fatigant: cum acquiruntur infatuant: cum amittunt excruciant. Dubitas fili impiorum mentes perpetuis curis non agitari: ver bum est dei; qui nec falli potest nec fallere; cor impij quasi mare feruens: quod quiescere nō potest. Nihil eni illis est tutum: nihil pacatū; oīa metū; oīa curas; intentant oīa mortē. Hisne igitur

ri patrie: patrisq celestis: horũ nos ipsi: cũ liberi sumus nati: vl-
tro mãcipia facimꝰ: ꝛ vna cũ illis misere viuẽtes: moriẽtes mise
rius: miserrime tandẽ eternis ignibꝰ affligamur? O cecas homi
nũ mẽtes: o pectora ceca: quis nõ videat vel luce clarius hec oĩa
ipsa veritate esse veriora: nec tñ facimꝰ que faciẽda esse cognosci-
mus: sed heremꝰ adhuc: nequicquã ceno cupientes auellere plan
tã? Occurrerẽt tibi fili ne dubita: in his ꝑsertim locis in quibꝰ ha
bitas: innumera singulis horis impedimẽta: q̃ te ꝓposito sancte
beneq viuẽdi deterreant: ꝛ nisi caueas: in precepsagant. Sed
inter oĩa exitialis illa est pestis: versari inter eos dies et noctes:
quorũ vita nõ solũ omni ex parte illecebra est peccati: sed tota in
expugnanda virtute posita sub imperatore diabolo: sub vexillis
mortis: sub stipẽdiis gehẽne militat aduersus celũ: aduersus do
minũ ꝛ aduersus christũ eius. Tu aũt clama cũ ꝓpheta. Dirũpa
mus vincula eorũ: ꝛ ꝓiciamꝰ a nobis iugũ ipsoꝝ. Hi sunt eni q̃s
tradidit deus in passiones ignominie ꝛ in reprobũ sensum: vt fa-
ciant ea q̃ non ꝯueniũt: plenos oĩ iniq̃tate: plenos inuidia: homi
cidiis: ꝯtentione: dolo: malignitate: detractores: deo odibiles:
ꝯtumeliosos: sup̱bos: elatos: inuẽtores maloꝝ: insipiẽtes: incõ-
positos: sine affectione: sine federe: sine misericordia. Qui cũ iu-
sticiam dei quotidie videant: non intelligunt: tamen quoniã qui
talia agunt: digni sunt morte: nõ solum qui ea faciunt: sed etiam
qui consentiunt facientibꝰ. Tu igit̃ fili noli illis placere: quibus
ipsa displicet virtꝰ. Sed illud apostoli tibi semp̱ sit ante oculos
Oportet deo magis placere q̃ hoibꝰ. Et illud. Si hoibꝰ placerẽ
christi seruꝰ nõ essem. Inuadat te q̃dã sctã ambitio: ꝛ dedigneris

eos tibi vite esse magistros: qui te poti⁹ pceptore indigeant. Lõge enĩ decẽtius: vt ipsi tecũ bene viuẽdo homies esse incipiant: q̃ȝ vt tu velis per omissionẽ boni propositi cũ illis turpiter obru-tescere. Tenet me: deum testor: aliqñ extasis q̃si ⁊ stupor quidã: cũ mecũ incipio studia hominũ: aut vt dixerim significãtius: me ras insanias: nescio an cogitare poti⁹ q̃ȝ dolere: mirari an deplo-rare? Magna enĩ pfecto insania: euãgelio nõ credẽ: cui⁹ v̈itatẽ sanguis martyrũ clamat: aplice resonant voces: pdigia pbant: ratio ꝯfirmat: mũdus testat̃: elemẽta loquũt̃: demones ꝯfitent̃. Sȝ lõge maior insania: si de euãgelij veritate nõ dubitas: viuẽ tñ q̃si de ei⁹ falsitate nõ dubitares. Nã si illa sunt v̈a: difficillimũ eẽ diuitẽ ingredi regnũ celoꝝ: q̃d cumulãdis q̃tidie diuitiis inhia mus? Et si illud est verũ: querẽdã glorıã: non q̃ ex hoib⁹: sed que ex deo est: cur de iudiciis hominũ semp pendemus: deo placẽ ne-mo est qui curet? Et si firma in nob est fides: futurũ aliqñ: vt dñs dicat Ite maledicti in ignẽ eternũ. Et rursus Venite benedicti patris: possidete regnũ paratũ vob a ꝯstitutiõe mũdi: Cur nihil min⁹ aut timem⁹ q̃ȝ gehẽnã: aut speram⁹ q̃ȝ regnũ dei. Quid pos sum⁹ aliud dicere: q̃ȝ multos esse noie christianos: sed re paucissi mos. Tu v̈o fili contẽde intrare p angustã portam: nec q̃d multi agãt attẽde: sed quid agendũ ipsa tibi nature lex: ipsa ratio: ipse deus ostendet. Neq̃ȝ enĩ aut minor tua erit gloria: si felix eris cũ paucis: aut leuior pena: si miser eris cũ multis. Erũt aũt duo pel pue p̃sentissima tibi remedia aduersus mũdũ ⁊ sathanã: quibus quasi duab⁹ alis de lachrymarũ valle tolleris in altũ: elemosyna scȝ atq̃ȝ oratio. Quid enĩ possum⁹ sine auxilio dei: aut q̃uo auxi-

liabitur ille non inuocatus? Sed et inuocantem te certe non au-
diet: qui inuocantem prius pauperem nō exaudisti. Neqꝫ enim
decet: vt te deus hominē non contemnat: qui prius homo homi
nem cōtempsisti. Scriptū est. In qua mensura mensi fueritis: re-
metiet vob. Et alibi. Beati misericordes: quoniā misericordiā
consequētur. Cum aūt te ad orationem inuito: nō ad eam inuito
que in multiloquio est: sed que in secreto mentis recessu in pene-
tralibus animi ipso affectu loquitur deo: ꝛ in lucidissima contem
plationis tenebra: mentem patri non presentat modo: sed vnit
ineffabilib⁹ quibusdā modis: quos soli norunt experti. Nec curo
ꝙ longa sit oratio tua: sed ꝙ efficax: ꝙ sit ardens: interrupta po
tius suspiriis: ꝙ perpetua quadā serie dictionū: numeroqꝫ diffu-
sa: si tua tibi salus est cordi: si tut⁹ a dioboli laqueis: a mūdi pro-
cellis: ab inimicorū insidiis: si deo gratus: si felix tandē esse desi-
deras: fac nulla pretereat dies: qua vel semel deum tuū per ora-
tionem non adeas: ꝛ prostratus ante eū humili pie mētis affectu
illud non de summis labris: sed de imis visceribus clames cum
propheta. Delicta iuuentutis mee ꝛ ignorantias meas ne memi
neris domine: sed ꝓm misericordiam tuam memēto mei propter
bonitatē tuam domine. Suggeret tibi cum spiritus: qui iterpel
lat pro nobis: tū ipsa necessitas singulis horis: quid petas a deo
tuo: suggeret ꝛ sacra lectio: quā vt omissis iam fabul' nugisqꝫ poe
tarum semper habeas in manibus: etiā atqꝫ etiā rogo. Nihil deo
gratius: nihil tibi vtilius facere potes: ꝙ si nō cessaueris litteras
sacras nocturna versare manu: versare diurna. Latet eni in illis
celestis vis quedā viua ꝛ efficax: que legētis animū: si modo illas

Tertia editio apud Singrenium Vienne
1520 fo 214.

pure humiliterq; tractauerint: in diuinũ amorẽ mirabili quadã potestate transformat: sed epistole iam finis excessi trahente me ipsa materia ⁊ mira quadã charitate: qua te cũ semꝑ: tum ex ea presertim hora sum ꝓsecutus: qua sanctissimi tui ꝓpositi factus sum certior. Illud postremo te admonitũ velim: de quo hic etiã cũ mecũ eras: tecũ sepe locutus sum: vt duo hec nunq̃ obliuiscaris: ⁊ filium dei pro te esse mortuũ: ⁊ te quoq; etiã si diu vixeris breui esse moriturũ: his quasi geminis stimulis: altero quidẽ timoris: amoris altero: vrge equũ tuũ per breue stadium momentanee vite ad premia felicitatis eterne: quando nullum alium finẽ prefinire nobis aut debemus: aut possumus: q̃ vt perpetua vtriusq; hominis pace infinito bono sine fine fruamur. Uale: et deum time. Ferrarie. xv. Maij. M.cccc.xcij.

Habes Amice lector Francisci philelphi breuiores elegantioresq; epistolas Omnib⁹ pure ⁊ latine scribere cupientibus admodum necessarias. Ex eiusdem toto epistolarũ volumine passim excerptas. Ac demũ nõ mediocri cura et impensa ꝓuidi viri Domini Johannis haller perpolite elaboratas Cracouie Anno a v̾gineo partu M.cccc.xiij. Pridie Nonas iunias.

Finis.

Janozki Nachricht parte 4° f. 156 – 158 168.

Denis Editio Vienne apud Hier. Victorem ... anno Polonge 1511 – f. 45 altera Editio apud Joannem Singrenium 1515 – f. 119

Contra superbiam de forma que labilis est
Non bonum est sed animos spes lesura feroces
bis qui in forma magna putavit

Si mihi difficilis formam natura negavit
Ingenio forme dampna rependo mee
Non formosus erat sed erat facundus Ulisses
Et tamen equoreas torsit amore deas
Forma bonum fragile est quantumque accedit ad annos
Fit minor et spacio carpitur ipsa suo
Nec semper viole nec hiantia lilia florent
Et riget amissa spina relicta rosa
Et tibi iam venient cani formose capilli
Iam venient ruge que tibi corpus arent
Ista decens facies longis vitiabitur annis
Rugaque in antiqua fronte senilis erit
Iniciet manum forme damnosa senectus
Que strepitum passu non faciente venit
Quam cito me miserum laxantur corpora rugis
Et perit in nitido qui fuit ore color
Nostra sine auxilio fugiunt bona carpite florem
Qui nisi carptus erit turpiter ipse cadit



